Vide indicem capitum
pagina 201. in fine

AFFECTVS ANIMÆ DEVOTÆ.




EX
Pſalmodiā Dauidica
deprompti.

Ad maiorem Dei gloriam, & animarum fructum.

Cornelio Francesc[?]





LVGDVNI,
Sumptibus Horatij Cardon.
M. DCVI.

TYPOGRAPHVS LECTORI S.



OMMODVM, *mi Lector, & ex mea equidem sententia, in auream opellam hãc incidi, à pio iuxta, ac docto viro P. Ioanne Renaudiano è societate* IESV *elucubratam, digestámque ingenioso compendio, ex feraci fidicinis Regij fatidico, diuinóque Psalterio. Incurrit fortuitò ne cogitanti quidem mihi: statim vel in solo parentis no-*

mine tam felici præsertim indole in lucem editus partus arrisit. Quin anticipata etiã sui parentis illa, quæ expectari solet, honoraria inuitatione, exactis typis benignus ei veluti susceptor accessi. Ego vt id quod res est nihil te celem, ad maius eius opus, quod expeto, expectóque, quasi ad lautiores epulas tibi hoc primulo ferculo prægustato palatum exacuere in mente habui. Tu, quæ tua facilitas est, certum hoc nostri in te studij pignus exporrecta, vt soles, fronte excipies. VALE.



AFFECTVS ANIMÆ DEVOTÆ.

Diuinæ Maiestatis amplitudinem & gloriam admirantis.



DOMINE, Dominus noster, quàm admirabile est nomen tuum in vniuersa terra! Psa. 8

Quoniam eleuata est magnificentia tua super cœlos.

Magnus Dominus & laudabilis nimis, in ciuitate Domini nostri, in monte sancto eius. 47.

Exaltare super cœlos, Deus, & super terram gloria tua. 56.

Deus in sancto via tua; quis Deus magnus sicut Deus noster? tu es Deus qui facis mirabilia. 76.

10. Dominus in templo ſancto ſuo, Dominus in cœlo ſedes eius.

102. Dominus in cœlo parauit ſedem ſuam, & regnum ipſius omnibus dominabitur.

88. Quoniam quis in nubibus æquabitur Domino? Similis erit Deo in filijs Dei?

ibid. Deus qui glorificatur in conſilio ſanctorum, magnus & terribilis ſuper omnes qui in circuitu eius ſunt.

Excelſus ſuper omnes gentes Dominus, & ſuper cœlos gloria eius.

112. Quis ſicut Dominus Deus noſter qui in altis habitat, & humilia reſpicit in cœlo & in terra?

114. Ecce cognoui quoniã magnus eſt Dominus, & Deus noſter præ omnibus dijs.

137. Quoniam excelſus Dominus, & humilia reſpicit, & alta à longe cognoſcit.

Confitebor tibi Domine, quia terribiliter magnificatus es, mirabilia opera tua, & anima mea cognoſcet nimis. 138

Magnus Dominus & laudabilis nimis, & magnitudinis eius non eſt finis. 14

Generatio & generatio laudabit opera tua, & potentiam tuam pronuntiabunt.

Magnificentiam gloriæ ſanctitatis tuæ loquentur, & mirabilia tua narrabunt.

Et virtutem terribilium tuorum dicent, & magnitudinem tuam narrabunt.

Memoriam abundantiæ ſuauitatis tuæ eructabunt, & iuſtitiam tuam narrabunt.

Confiteantur tibi Domine omnia opera tua, & ſancti tui benedicant tibi. Ib.

Gloriam regni tui dicent, & potentiam tuam loquentur.

Vt notam faciant filiis homi-

num potentiam tuam, & gloriam magnificentiæ regni tui.

Regnum tuum regnum omnium ſæculorum, & dominatio tua in generatione & generationem.

145. Regnabit Dominus in ſęcula, Deus tuus Sion, in generatione & generationem.

89. Priuſquam montes fierent, aut formaretur terra & orbis, à ſæculo & vſque in ſęculum tu es Deus.

83. Non eſt ſimilis tui in fortibus domine, & non eſt ſecundum opera tua.

Omnes gentes quaſcunque feciſti venient, & adorabunt coram te, Domine, & glorificabunt nomen tuum.

Quoniam magnus es tu, & faciens mirabilia, tu es Deus ſolus.

Domine Deus meus, magnificatus es vehementer.

Confeſſionem & decorem induiſti, amictus lumine ſicut veſti-

mento.

vestimento.

Dominus regnauit, irascantur populi, qui sedes super Cherubim, moueatur terra. 98.

Dominus in Sion magnus, & excelsus super omnes populos.

Confiteantur nomini tuo magno, quoniam terribile & sanctū est: & honor regis iudiciū diligit.

Dominus regnauit decorem 92.
indutus est indutus est Dominus fortitudinem & præcinxit se.

Etenim firmauit orbem terræ, qui non commouebitur.

Parata sedes tua, ex tunc, à sæculo tu es.

Eleuauerunt flumina Domine, eleuauerunt flumina vocem suā.

Eleuauerunt flumina fluctus suos, à vocibus aquarum multarum.

Mirabiles elationes maris, mirabilis in altis Deus.

Testimonia tua credibilia facta sunt nimis, domum tuam de-

cet ſanctitudo Domine in longitudinem dierum.

Gloria patri & filio, & ſpiritui ſancto. Sicut erat in principio, &c.

Diuinæ Sapientiæ ac potentiæ magnitudinem prædicantis.

9. MVLTA feciſti tu, Domine,
mirabilia tua, & cogitationibus tuis non eſt qui ſimilis ſit tibi.

91. Quàm magnificata ſunt opera
tua, Domine, nimis profundæ
3. factæ ſunt cogitationes tuæ.

Quàm magnificata ſunt opera tua, Domine, omnia in ſapientia feciſti, impleta eſt terra poſſeſſione tua.

Magnus Dominus noſter, & magna virtus eius, & ſapientiæ eius non eſt numerus.

Dominus diſſipat conſilia gentium, reprobat autem cogitationes populorum, & reprobat con-

ſilia

ſilia Principum.

Conſilium autem Domini in æternũ manet: cogitationes cordis eius in generatione & generationem.

Domine Deus virtutum quis 88.
ſimilis tibi? potens es Domine, & veritas tua in circuitu tuo.

Tu dominaris poteſtati maris, motum autem fluctuum eius tu mitigas.

Tu humiliaſti ſicut vulneratũ ſuperbum, in brachio virtutis tuæ diſperſiſti inimicos tuos.

Tui ſunt cœli, & tua eſt terra, orbem terræ & plenitudinem eius tu fundaſti, Aquilonem & mare tu creaſti.

Extendens cœlum ſicut pel- 103.
lẽ, qui tegis aquis ſuperiora eius.

Qui ponis nubẽ aſcenſum tuũ, qui ambulas ſuper pẽnas vẽtorũ.

Qui facis angelos tuos ſpiritus, & miniſtros tuos ignem vrentem.

Qui fundaſti terram ſuper ſtabilitatem ſuam, non inclinabitur in ſæculum ſæculi.

Abyſſus ſicut veſtimētū amictus eius, ſuper montes ſtabunt aquæ.

Ab increpatione tua fugient, à voce tonitrui tui formidabunt.

Aſcendunt montes, & deſcendunt campi in locum quem fundaſti eis.

Terminum poſuiſti quem non tranſgredientur, neque conuertentur operire terram.

Tuus eſt dies, & tua eſt nox, tu
91. fabricatus es Auroram & Solem.

Tu feciſti terminos terræ, ęſtatem, & ver tu plamaſti ea.

105. Initio tu Domine terram fundaſti, & opera manuum tuarum ſunt cœli.

Ipſi peribunt, tu autem permanes, & omnes ſicut veſtimentum veteraſcent.

Et ſicut opertorium mutabis eos, & mutabuntur, tu autem idē

ipſe es, & anni tui non deficient.

In æternum Domine permanet verbum tuum in cœlo. 118.

In generatione & generationem veritas tua, fundaſti terram & permanet.

Ordinatione tua perſeuerat dies, quoniam omnia ſeruiũt tibi.

Exaudi nos Deus noſter, ſpes omnium finium terræ, & in mari longe.

Præparans montes in virtute tua, accinctus potentia, qui conturbas profundum maris, ſonum fluctuum eius.

Turbabuntur gentes & timebunt, qui habitant terminos, à ſignis tuis, exitus matutini, & veſpere delectabis.

Omnia quæcunque voluit Dominus fecit, in cœlo & in terra. 134.

Educens nubes ad extremum terræ, fulgura in pluuiam fecit.

Qui producit ventos de the-

ſauris

ſauris ſuis.

32. Verbo Domini cœli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius omnis virtus eorum.

Congregans ſicut in vtre aquas maris, ponens in theſauris abyſſos.

Timeat Dominum omnis terra, ab eo autem commoueantur omnes inhabitantes orbem.

Quoniam ipſe dixit & facta ſunt, ipſe mandauit & creata ſunt.

148. Statuit ea in æternum & in ſæculum ſæculi, præceptum poſuit & non præteribit.

105. Quis loquetur potentias Domini? auditas faciet omnes laudes eius?

109. Magna opera Domini, exquiſita in omnes voluntates eius.

Confeſſio & magnificentia opus eius.

65. Dicite Deo, quàm terribilia ſunt opera tua, Domine, in multitudine virtutis tuæ, mentientur ti-

bi inimici tui.

Omnis terra adoret te, & psallat tibi, psalmum dicat nomini tuo.

Venite & videte opera Domini, 85
terribilis in consilijs super filios hominum.

Qui conuertit mare in Aridam, in flumine pertransibunt pede, ibi lætabimur in ipso.

Qui dominatur in virtute sua in ęternum, oculi eius super Gentes respiciunt, qui exasperant non exaltentur in semetipsis.

Venite & videte opera Domini, 46.
quæ posuit prodigia super terram.

Auferens bella vsque ad finem terræ, arcum conteret & confringet arma, & scuta comburet igni.

Vacate & videte quoniam ego sum Deus: exaltabor in gentibus, & exaltabor in terra.

Dominus virtutum nobiscum,

ſuſceptor noſter Deus Iacob.

28. Vox Domini ſuper aquas, Deus Maieſtatis intonuit, Dominus ſuper aquas multas.

Vox Domini in virtute, vox Domini in magnificentia.

Vox Domini confringentis cedros, & confringet Dominus cedros Libani.

Vox Domini intercidentis flammam ignis, vox Domini concutientis deſertum.

Vox Domini præparantis ceruos, & reuelabit condenſa, & in templo eius omnes dicent gloriã.

Dominus diluuium inhabitarę facit, & ſedebit Dominus rex in æternum.

Dominus virtutem populo ſuo dabit, dominus benedicet populo ſuo in pace.

Gloria patri, & filio, & ſpiritui ſancto, &c.

Diuinam bonitatem & misericordiam magnificantis.

QVAM bonus, Iſraël, Deus, his qui recto ſunt corde! 72.

Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ, Domine, quam abſcondiſti timentibus te. 30.

Perfeciſti eis qui ſperant in te, à conſpectu filiorum hominum.

Abſcondes eos in abſcondito faciei tuæ, à conturbatione hominum.

Proteges eos in tabernaculo tuo, à contradictione linguarum.

Domine in cœlo miſericordia tua, & veritas tua vſque ad nubes. 35.

Prętende miſericordiam tuam ibid. ſcientibus te, & Iuſtitiam tuam iis qui recto ſunt corde.

Miſericordia & veritas præcedent faciem tuam: beatus populus qui ſcit iubilationem. 88.

Domine in lumine vultus tui ambulabunt, & in nomine tuo

tabunt tota die, & in iustitia tua exultabuntur.

Quoniam gloria virtutis eorum tu es,& in beneplacito tuo exaltabitur cornu nostrum.

Quia Domini est assumptio nostra, & sancti Israël Regis nostri.

89. Repleti sumus mane misericordia tua, exultauimus & delectati sumus.

Lætati sumus pro diebus quibus nos humiliasti, annis quibus vidimus mala.

117. Et tu Domine,Domine fac mecum propter nomen tuum, quia suauis est misericordia tua.

6. Quoniam magnificata est super cœlos misericordia tua, & vsque ad nubes veritas tua.

62. Quoniam melior est misericordia tua super vitas,labia mea laudabunt te.

Sic benedicam te in vita mea, & in nomine tuo leuabo manus tuas.

Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea, & labijs exultationis laudabit os meum.

Audiam quid loquatur in me Dominus, quoniam loquetur pacem in plebem ſuam. 84.

Et ſuper ſanctos ſuos, & in eos qui conuertuntur ad cor.

Veruntamen prope timentes eum ſalutare ipſius, vt inhabitet gloria in terra noſtra.

Miſericordia & veritas obuiauerunt ſibi: Iuſtitia & pax oſculatę ſunt.

Veritas de terra orta eſt, & Iuſtitia de cœlo proſpexit.

Etenim Dominus dabit benignitatem, & terra noſtra dabit fructum ſuum.

Miſericors & miſerator Dominus, patiens & multum miſericors. 144.

Suauis dominus vniuerſis, miſerationes eius ſuper omnia opera eius. Ibid.

Deus

67. Deus noſter Deus ſaluos fa-
ciendi, & Domini Domini exi-
tus mortis.

Dulcis & rectus Dominus,
24. propter hoc legem dabit delin-
quentibus in via.

Diriget manſuetos in iudicio,
docebit mites vias ſuas.

Vniuerſæ viæ Domini, miſe-
ricordia, & veritas requirenti-
bus teſtamentum & teſtimonia
eius.

Confiteantur Domino miſe-
106. ricordiæ eius, & mirabilia eius fi-
liis hominum.

Confitemini Domino quo-
niam bonus, quoniam in ſæculum
miſericordia eius.

135. Gloria patri & filio, & ſpiritui
ſancto. Sicut erat in principio &
nunc & ſemper, & in ſæcula ſæ-
culorum, Amen.

Extollentis Dei iuſtitiam, eiúſque iram, atque iudicia formidantis.

SECVNDVM nomen tuum, 47
Deus, ſic, & laus tua in fines terræ, iuſtitia plena eſt dextera tua.

Iuſtitia tua ſicut montes Dei, 53
iudicia tua abyſſus multa.

Iuſtitia tua, juſtitia in ęternum, 118
& lex tua veritas.

Quoniam feciſti iudicium 9.
meum & cauſam meam, ſediſti ſuper thronum qui iudicas iuſtitiam.

Increpaſti gentes & periit impius, nomen eorum deleſti in æternum, & in ſæculum ſæculi.

Inimici defecerunt frameæ in finem, & ciuitates eorum deſtruxiſti.

Periit memoria eorum cum ſonitu, & dominus in æternum permanet.

Parauit



Parauit in Iudicio thronum suum, iudicabit orbem terræ in æquitate, & populos in iustitia.

12. Iustus Dominus & iustitiam dilexit: æquitatem vidit vultus eius.

104. Ipse Dominus Deus noster, in vniuersa terra iudicia eius.

92. Quoniam rectus Dominus Deus noster, & non est iniquitas in eo.

88. Iustitia & iudicium præparatio sedis tuę: misericordia & veritas præcedet faciem tuam.

75. Ab increpatione tua Deus Iacob, dormitauerunt qui ascenderunt equos.

Tu terribilis es, & quis resistet tibi? ex tunc ira tua.

De cœlo auditum fecisti Iudicium tuum: terra tremuit & quieuit.

Cùm exsurgeret in Iudicium Deus, vt saluos faceret omnes mãsuetos terræ.

Nubes

Nubes & caligo in circuitu eius, 96.
ustitia & Iudicium correctio se-
lis eius.

Ignis ante ipsum præcedet, &
nflammabit in circuitu inimicos
eius.

Illuxerunt fulgura eius orbi
erræ, vidit & commota est ter-
ra.

Montes sicut cera fluxerunt à
facie Domini, à facie Domini om-
nis terra.

Annunciauerunt cœli Iustitiam
eius, & viderunt omnes populi
gloriam eius.

Commota est, & contremuit 17.
terra, fundamenta montium con-
turbata sunt, & commota sunt,
quoniam iratus est eis.

Ascendit fumus in ira eius, &
ignis à facie eius exarsit, carbones
succensi sunt ab eo.

Inclinauit cœlos & descendit,
& caligo sub pedibus eius.

Et ascendit super Cherubin, &

volauit

volauit ſuper pennas ventorum.
Et poſuit tenebras latibulum
ſuum, in circuitu eius tabernacu-
lum eius, tenebroſa aqua in nubi-
bus aëris.

Præ fulgore in conſpectu eius
nubes tranſierunt, grando & car-
bones ignis.

Et intonuit de cœlo Dominus,
& altiſſimam dedit vocem ſuam,
grando & carbones ignis.

Et miſit ſagittas ſuas, & diſſipa-
uit eos, fulgura multiplicauit, &
conturbauit eos.

Et apparuerunt fontes aquarũ,
& reuelata ſunt fundamenta orbis
terræ.

Ab increpatione tua, Domi-
ne, ab inſpiratione ſpiritus irę tuę.
76. Etenim ſagittæ tuæ tranſeunt,
vox tonitrui tui in rota.

Illuxerunt coruſcationes tuæ
orbi terræ, vidit, & commota eſt
terra.
89. Quoniam defecimus in ira tua

&in

& in furore tuo turbati ſumus.

Poſuiſti iniquitates noſtras in conſpectu tuo, ſæculum noſtrum in illuminatione vultus tui.

Quoniam omnes dies noſtri defecerunt, & in ira tua defecimus.

Quis nouit poteſtatem iræ tuę? *Ibid.*
& præ timore tuo iram tuam dinumerare?

Omnia excelſa tua, & fluctus
tui ſuper me tranſierunt. 41.

In me tranſierunt iræ tuæ, 87.
& terrores tui conturbauerunt me.

Confige timore tuo carnes 118.
meas, à iudiciis enim tui timui.

Et non intres in iudicium cum 142.
ſeruo tuo, Domine, quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens.

Gloria patri & filio, & ſpiritui ſancto, &c.

Diuinam derelictionem & castigationem æternam deprecantis.

37. DOMINE ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me.

Quoniam ſagittæ tuæ infixæ ſunt mihi, & confirmaſti ſuper me manum tuam.

38. Obmutui, & non aperui os meum, quoniam tu feciſti, amoue à me plagas tuas.

A fortitudine manus tuæ ego defeci in increpationibus.

24. Quoniam tu es, qui extraxiſti me de ventre, ſpes mea ab vberibus matris meæ.

In te proiectus ſum ex vtero, de ventre matris meę, Deus meus es tu, ne diſceſſeris à me.

Quoniam tribulatio proxima eſt, quoniã non eſt qui adiuuet.

26. Ne auertas faciem tuam à me, & ne declines in ira à ſeruo tuo.

Adiutor

Adiutor meus esto, ne derelinquas me, neque despicias me, Deus, salutaris meus. *Ibid.*

Ne derelinquas me, Domine Deus meus, ne discesseris à me. 37.

Ne proiicias me à facie tua, & spiritũ sanctũ tuũ ne auferas à me. 50.

Ne proiicias me in tempore senectutis, cum defecerit virtus mea, ne derelinquas me. 70.

Quia dixerunt inimici mei mihi, & qui custodiebant animã meam, concilium fecerunt in vnum.

Dicentes, Deus dereliquit eum, persequimini & comprehẽdite eũ, quia non est qui eripiat.

Deus ne elongeris à me, Deus meus in auxilium meum respice.

Quæ vtilitas in sanguine meo, dum descendero in corruptionem? 29.

Nunquid confitebitur tibi puluis, aut annunciabit veritatẽ tuam? 77.

Nunquid mortuis facies mirabilia, aut medici susci-

tabunt, & confitebuntur tibi?

Nunquid narrabit aliquis in sepulchro misericordiam tuam? & veritatem tuam in perditione.

Nunquid cognoscentur in tenebris mirabilia tua? & iudicia tua in terra obliuionis.

24. Ne perdas, cum impiis, Deus, animam meam? & cum viris sanguinum vitam meam.

27. Ne simul tradas me cum peccatoribus, & cum operantibus iniquitatem ne perdas me.

Gloria patri & filio, & spiritui sancto, &c.

Humiliantis se & diuinis castigationibus acquiescentis.

130. DOMINE, non est exaltatum cor meum, neque elati sunt oculi mei.

Neque ambulaui in magnis, neque in mirabilibus super me.

Si non humiliter sentiebam, sed

exaltaui animam meam.

Sicut ablactatus est super matre sua, ita retributio in anima mea.

Ecce mensurabiles posuisti 38.
dies meos, & substantia mea tanquam nihilum ante te.

Ego autem sum vermis & non 21.
homo, opprobrium hominum & abiectio plebis.

Tota die verecundia mea con-
tra me est, & confusio faciei meæ 43.
cooperuit me.

Humiliasti nos in loco affli- Ibid.
ctionis, & cooperuit nos vmbra mortis.

Propter te mortificabimur tota die, æstimati sumus sicut oues occisionis.

Et ego ad nihilum redactus 72.
sum & ne sciui.

Vt iumentum factus sum apud te, & ego semper tecum.

Sicut aqua effusus sum, & dis- 21.
persa sunt omnia ossa mea.

Factum eſt cor meum, tanquam cera liqueſcens, in medio ventris mei.

Aruit tanquam teſta, virtus mea, & lingua mea adhæſit faucibus meis, & in puluerem mortis deduxiſti me.

101. Defecerunt ſicut fumus dies mei, & oſſa mea ſicut cremium aruerunt.

Percuſſus ſum vt fœnum, & aruit cor meum, quia oblitus ſum comedere panem meum.

A voce gemitus mei adhæſit os meum carni meæ.

Similis factus ſum pelicano ſolitudinis, factus ſum ſicut nicticorax in domicilio.

Vigilaui, & factus ſum ſicut paſſer ſolitarius in tecto.

Tota die exprobrabant mihi inimici mei, & qui laudabant me, aduerſum me iurabant.

Quia cinerem tanquam panem manducabam, & potum meum

cum fletu miſcebam.

A facie iræ indignationis tuæ quia eleuans alliſiſti me.

Dies mei ſicut vmbra declinauerunt, & ego ſicut fœnum arui.

Defecit in dolore vita mea, & 30.
anni mei in gemitibus.

Infirmata eſt in paupertate virtus mea, & oſſa mea cõturbata sũt.

Super omnes inimicos meos factus ſum opprobrium vicinis meis valde, & timor notis meis.

Qui videbant me, foras fugerũt à me, obliuioni datus ſum, tanquam mortuus à corde.

Factus ſum tanquam vas perditũ, quoniã audiui vituperationem multorum commorantium in circuitu. 87.

Æſtimatus ſum cum deſcendentibus in lacum, factus ſum ſicut homo ſine adiutorio, inter mortuos liber.

Sicut vulnerati, dormiẽtes in ſepulcris quorũ nõ eſt memor ãpliꝰ

& ipſi de manu tua repulſi ſunt.

Poſuerunt me in lacu inferiori, in tenebroſis, & in vmbra mortis.

Super me confirmatus eſt furor tuus, & omnes fluctus tuos induxiſti ſuper me.

Longe feciſti notos meos à me, poſuerunt me abominationem ſibi.

Traditus ſum, & non egrediebar; oculi mei languerunt præ inopia.

Ibid. Pauper ſum ego, & in laboribus à iuuentute mea, exaltatus autem humiliatus ſum, & conturbatus.

22. Virga tua & baculus tuus, ipſa me conſolata ſunt.

25. Proba me Deus, & tenta me, vre renes meos & cor meum.

Quoniam miſericordia tua ante oculos meos eſt, & complacui in veritate tua.

118. Priuſquam humiliarer ego de-

liqui, propterea eloquium tuum custodiui.

Bonum mihi, Domine, quoniam humiliasti me, vt discam Iustificationes tuas. Ibid.

Cognoui Domine quia æquitas iudicia tua, & in veritate tua humiliasti me. bid.

Iustus es, Domine, & rectum iudicium tuum, Ibid

Fac cum seruo tuo, secundum misericordiam tuam. Ibid.

Sacrificium Deo spiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum, Deus, non despicies. 50.

Gloria patri, & filio, & spiritui sancto, &c.

Pœnitentis de delictis suis, eáque detestantis.

DEVS tu scis insipientiam meam, & delicta mea à te non sunt abscondita. 68.

50. Quoniam iniquitatem meam
ego cognoſco, & peccatum meum
contra me eſt ſemper.

6. Laboraui in gemitu meo, lauabo per ſingulas noctes lectum meum, lachrymis meis ſtratum meum rigabo.

Turbatus eſt à furore oculus meus, inueterani inter omnes inimicos meos.

Diſcedite à me omnes qui operamini iniquitatē, quoniam exaudiuit Dominus vocem fletus mei.

31. Quoniā die ac nocte grauata eſt
ſuper me manus tua, cōuerſus ſum
in ærūna mea, dū cōfigitur ſpina.

Delictū meum cognitū tibi feci, & iniuſtitiam meā non abſcōdi

Dixi, confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam Domino, & tu remiſiſti impietatem peccati mei.

37. Non eſt ſanitas in carne mea, à
facie iræ tuæ, non eſt pax oſſibus
meis à facie peccatorū meorum.

Quoniā iniquitates meæ ſuper-

gressæ

grellæ ſunt caput meum, & ſicut
onus graue grauatæ sũt ſuper me.
Putruerũt,& corruptæ sũt cica-
trices meæ,à facie inſipiẽtię meę.
Miſer factus ſum, & curuatus
ſum vſque in finem,tota die con-
triſtatus ingrediebar.
Quoniam lumbi mei impleti
ſunt illuſionibus,& non eſt ſanitas
in carne mea.
Afflictus sũ,& humiliatus sũ ni-
mis,rugiebã à gemitu cordis mei.
Domine,ante te omne deſide-
rium meum,& gemitus meus à te
non eſt abſconditus.
Cor meum cõturbatũ eſt,dereli-
quit me virtus mea,& lumen ocu-
lorũ meorũ & ipſum nõ eſt mecũ.
Quoniam cõprehenderunt me 30.
mala, quorum non eſt numerus,
comprehenderunt me iniquitates
meæ,& non potui, vt viderem.
Multiplicatæ ſunt ſuper capillos
capitis mei, & cor meum dereli-
quit me.

118. Exitus aquarum deduxerunt oculi mei, quia non custodierunt legem tuam.

Ibid. Declinate à me maligni, & scrutabor mandata Dei mei.

Ibid. Ad omnia mandata tua dirigebar, omnem viam iniquam odio habui.

Ibid. Iniquitatem odio habui, & abominatus sum legem autem tuam dilexi.

25. Odiui ecclesiam malignantium, & cum impiis non sedebo.

140. Corripiet me Iustus in misericordia, & increpabit me, oleum autem peccatoris non impinguet caput meum.

35. Non veniat mihi pes superbiæ, & manus peccatoris non moueat me.

Ibi ceciderunt qui operantur indignitatem, expulsi sunt nec potuerunt stare.

Gloria patri, & filio, & spiritui sancto. &c.

Pro peccatorum venia, & remiſsione ſupplicantis.

REMINISCERE miſerationum tuarum, Domine, & miſericordiarũ tuarum quæ à ſæculo ſunt. 24.

Delicta iuuẽtutis meæ, & ignorantias meas ne memineris.

Propter nomen tuum, Domine, propitiaberis peccato meo, multum eſt enim. *Ibid.*

Vide humilitatem meam & laborem meum, & dimitte vniuerſa delicta mea. *Ibid.*

Delicta quis intelligit? ab occultis meis munda me, domine, & ab alienis parce ſeruo tuo. 18.

Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata. 31.

Beatus vir cui non imputauit Dominus peccatum, nec eſt in ſpiritu eius dolus.

Ab omnibus iniquitatibus meis 38.

erue

erue me, opprobrium insipienti dedisti me.

50. Miserere mei, Deus, secundum magnam misericordiam tuam.

Et secundum multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam.

Amplius laua me ab iniquitate mea, & à peccato meo munda me.

Ibid. Asperges me Domine hyssopo, & mundabor, lauabis me, & super niuem dealbabor.

Ibid. Auerte faciem tuam à peccatis meis, & omnes iniquitates meas dele.

Cor mundum crea in me Deus, & spiritum rectum innoua in visceribus meis.

Ibid. Libera me de sanguinibus, Deus, Deus, salutis meæ, & exaltabit lingua mea Iustitiam tuam.

129. Si iniquitates obseruaueris Domine, Domine quis sustinebit?

Quia apud te propitiatio est, & propter legem tuam sustinui

te, Domine.

Quia apud Dominum miſericordia, & copioſa apud eum redemptio. *Ibid.*

Et ipſe redimet Iſraël, ex omnibus iniquitatibus eius.

Domine ne memineris iniquitatum noſtrarum antiquarum, citò anticipent nos miſericordiæ tuæ, quia pauperes facti ſumus nimis. 78.

Adiuua nos Deus ſalutaris noſter, & propter gloriam nominis tui, Domine, libera nos, & propitius eſto peccatis noſtris, propter nomen tuum.

Conuerte nos Deus ſalutaris noſter, & auerte iram tuã à nobis. 84.

Nunquid in æternum iraſceris nobis? aut extendes iram tuam à generatione in generationem?

Deus tu conuerſus, viuificabis nos, & plebs tua lætabitur in te.

Oſtende nobis, Dñe, miſericordiam tuã, & ſalutare tuũ da nobis.

Gloria patri, & filio, &c.

Diuinam opem ac protectionem implorantis.

7. DOmine Deus meus, in te ſpe-
raui, ſaluum me fac ex om-
nibus perſequentibus me, & libe-
ra me.

Ne quando rapiat, vt leo, ani-
mam meam, dum non eſt qui re-
dimat, neque qui ſaluum fa-
ciat.

Ibid. Exurge, Domine, in ira tua: &
exaltare in finibus inimicorum
meorum.

24. Reſpice inimicos meos, quo-
niam multiplicati ſunt, & odio
iniquo oderunt me.

Cuſtodi animam meam, &
erue me, non erubeſcam, quoniam
ſperaui in te.

30. In te, Domine, ſperaui, non cõ-
fundar in æternum, in Iuſtitia tua
libera me.

Inclina ad me aurem tuam, ac-
celeras vt eruas me.

Esto mihi in Deum protectorem,& in locum refugij,vt saluum me facias.

Quoniam fortitudo mea & refugium meum es tu , & propter nomen tuum deduces me,& enutries me.

Educes me de laqueo hoc,quẽ absconderunt mihi,quoniam tu es protector meus.

In manus tuas commendo spiritum meum,redemisti me,Domine,Deus veritatis.

Eripe me de manu inimicorum meorum,& à persequentibus me. *Ibid.*

Illustra faciem tuam super seruum tuum, saluum me fac in misericordia tua.

Domine non confundar, quoniam inuocaui te.

Ego clamaui, quoniam exaudisti me, Deus, inclina aurem tuam mihi , & exaudi verba mea. *16.*

Mirifica misericordias tuas,qui

ſaluos facis ſperantes in te.

A reſiſtentibus dexteræ tuæ cuſtodi me, vt pupillam oculi.

Sub vmbra alarum tuarum protege me à facie impiorum, qui me afflixerunt.

Inimici mei animam meam circundederunt, adipem ſuum concluſerunt, os eorum locutum eſt ſuperbiam.

Proiicientes me nunc circundederunt me, oculos ſuos ſtatuerunt declinare in terram.

Suſceperunt me, ſicut leo paratus ad prædam, & ſicut catulus leonis habitans in abditis.

Exurge, Domine, præueni eum, & ſupplanta eum, eripe animam meam ab impio, frameam tuam, ab inimicis manus tuæ.

34. Iudica, Domine, nocentes me, expugna impugnantes me.

Apprehende arma, & ſcutum, & exurge in adiutorium meum.

Effunde frameam, & conclude

aduer

aduerſus eos qui perſequuntur me, dic animæ meæ, ſalus tua ego ſum.

Confundantur & reuereantur quærentes animam meam.

Auertantur retrorſum, & confundantur cogitantes mihi mala.

Fiant tanquam puluis ante faciem venti, & angelus domini coarctans eos.

Fiat via illorum tenebræ & lubricum, & angelus Domini perſequens eos.

Quoniam gratis abſconderunt mihi interitum laquei ſui, ſuperuacuè exprobrauerunt animam meam.

Exſurge & intẽde Iudicio meo, Deus meus & Dominus meus, in cauſam meam. *Ibid.*

Iudica me, ſecundum Iuſtitiam tuam, Domine Deus meus, & non ſupergaudeant mihi.

Non dicant in cordibus ſuis, euge, euge, deuorabimus eum.

Erubeſcant & reuereantur ſimul, qui gratulantur malis meis.

Induantur confuſione & reuerentia, qui maligna loquuntur ſuper me.

39. Complaceat tibi, domine, vt eruas me, domine, ad adiuuandum me, reſpice.

Confundantur & reuereantur ſimul, qui quærũt animam meam, vt auferant eam.

Conuertantur retrorſum & reuereantur, qui volunt mihi mala.

Ferant confeſtim confuſionem ſuam, qui dicunt mihi, euge, euge.

53. Deus in nomine tuo ſaluum me fac, & in virtute tua iudica me.

Quoniam alieni inſurrexerunt aduerſum me, & fortes quæſierunt animam meam, & non propoſuerunt Deum ante conſpectum ſuum.

Ecce

Ecce enim Deus adiuuat me, & Dominus ſuſceptor eſt animæ meæ.

Auerte mala inimicis meis, & in veritate tua diſperde illos.

Eripe me de inimicis meis, Deus 58.
meus, & ab inſurgentibus in me libera me.

Eripe me de operantibus iniquitatem, & de viris ſanguinum ſalua me.

Quia ecce cœperunt animam meam, irruerunt in me fortes.

Factus ſum opprobrium illis, 108.
viderunt me, & mouerunt capita ſua.

Adiuua me, Domine Deus meus, ſaluum me fac, ſecundum miſericordiam tuam.

Et ſciant, quia manus tua hæc, & tu Domine feciſti eam.

Maledicent illi, & tu benedices, qui inſurgunt in me confundantur, ſeruus autem tuus lætabitur.

Induantur qui detrahunt mihi pudore, & operiantur ſicut diploide confuſione ſua.

85. Deus, iniqui inſurrexerunt ſuper me, & ſynagoga potentium quæſierunt animam meam, & non propoſuerunt te in conſpectu ſuo.

Et tu Domine Deus miſerator & miſericors, patiens & multæ miſericordiæ, & verax.

Reſpice in me, & miſerere mei, da imperium tuum puero tuo, & ſaluum fac filium ancillæ tuæ.

Fac mecum ſignum in bonum, vt videant qui oderunt me, & confundantur.

Quoniam tu Domine, adiuuiſti me, & conſolatus es me.

139. Dixi Domino, Deus meus es tu, exaudi Domine vocem deprecationis meæ.

Domine, Domine virtus ſalutis meæ, obumbraſti ſuper caput meum in die belli.

Ne tradas me, Domine, à deſi-

derio

lerio meo peccatori, cogitauerunt contra me, ne derelinquas me, ne forte exaltentur.

Deus in adiutorium meum in-
ende, domine ad adiuuandum 69.
me festina.

Confundantur & reuereantur, qui quærunt animam meam.

Auertantur retrorsum, & erubescant, qui volunt mihi mala.

Auertantur statim erubescentes, qui dicunt mihi euge, euge.

Exultent & lætentur in te omnes, qui quærunt te, & dicant semper magnificetur Dominus, qui diligunt salutare tuum.

Ego verò egenus & pauper sum, Deus adiuua me.

Adiutor meus & liberator meus es tu, Domine, ne moreris.

Gloria patri & filio, & spiritui sancto. Sicut erat in principio & nunc & semper, & in sæcula sæculorum, Amen.

INGEMISCENTIS in tribulatione, & exaudiri, atque eripi postulantis.

VT quid, Domine, recessisti
9. longe, despicis in opportu-
nitatibus, in tribulatione?

Ibid. Exurge Domine Deus, exaltetur manus tua, ne obliuiscaris pauperum.

12. Vsquequo Domine obliuisceris me in finem? vsquequo auertis faciem tuam à me?

Quamdiu ponam consilia in anima mea, dolorem in corde meo per diem?

Ibid. Vsquequo exaltabitur inimicus meus super me? respice, & exaudi me, Domine, Deus meus.

6. Miserere mei, Domine, quoniam infirmus sum, sana me, Domine, quoniam conturbata sunt ossa mea.

Et anima mea turbata est valde,

sed

ſed tu Domine, vſquequo?

Conuertere, Domine, & eripe animam meam, ſaluum me fac propter miſericordiam tuam.

Quoniam non eſt in morte qui memor ſit tui, in inferno autem quis confitebitur tibi?

Deus, Deus meus, reſpice in me, 21.
quare me dereliquiſti? longe à ſalute mea verba delictorum meorum.

Deus meus clamabo per diem, & non exaudies, & nocte, & non ad inſipientiam mihi.

Tu autem, Domine, ne elonga- Ibid.
ueris auxilium tuum à me, ad defenſionem meam conſpice.

Erue à framea, Deus, animam meam, & de manu canis vnicam meam.

Salua me ex ore leonis, & à cornibus vnicornium humilitatem meam.

Tu es refugium meum à tribu- 31.
latione, quæ circundedit me, exul-

tatio mea erue me à circundantibus me.

34. Domine, quando respicies? restitue animam meam à malignitate eorum, à leonibus vnicā meam.

79. Domine, Deus virtutū, quousque irasceris super orationem serui tui?

Cibabis nos pane lachrymarum, & potum dabis nobis in lachrymis, in mensura?

78. Vsquequo Domine irasceris in finem? accendetur velut ignis zelus tuus.

88. Vsquequo Domine auertis in finē? exardescet sicut ignis ira tua?

Memorare quæ mea substantia: nunquid enim vanè constituisti omnes filios hominum.

Ibid. Vbi sunt misericordiæ tuæ antiquę, Domine? sicut iurasti Dauid in veritate tua?

87. Vt quid, Domine, repellis orationem meam? auertis faciem tuam à me?

Quia

Quia tu es Deus fortitudo mea, 42.
quare me repulisti? & quare tri
stis incedo dum affligit me inimi-
cus?

Exurge, quare obdormis Do-
mine, exurge, & ne repellas in fi- 34.
nem.

Quare faciem tuam auertis?
obliuisceris inopiæ nostræ, & tri-
bulationis nostræ?

Quoniam humiliata est in pul-
uere anima nostra; conglutina-
tus est in terra venter noster.

Exurge Domine, adiuua nos, &
redime nos propter nomen tuum.

Exaudi Deus orationem meam, 54.
& ne despexeris deprecationem
meam intẽde mihi, & exaudi me.

Contristatus sum in exercita-
tione mea, & conturbatus sum à
voce inimici, & à tribulatione pec-
catoris.

Quoniam declinauerunt in me
iniquitates, & in ira molesti erant
mihi.

Cor meum conturbatum est in me, & formido mortis cecidit super me.

Timor & tremor venerunt super me, & contexerunt me tenebræ.

Et dixi, quis dabit mihi pennas, sicut columbæ, & volabo? & requiescam.

Ecce elongaui fugiens, & mansi in solitudine.

Expectabam eum qui saluum me fecit à pusillanimitate spiritus & tempestate.

68. Saluum me fac, Deus, quoniam intrauerunt aquæ vsque ad animam meam.

Infixus sum in limo profundi, & non est substantia.

Veni in altitudinem maris, & tempestas demersit me.

Laboraui clamans, raucæ factæ sunt fauces meæ, defecerunt oculi mei, dum spero in Deum meum.

Multi

Multiplicati sum super capillos capitis mei, qui oderunt me gratis.

Confortati sunt, qui persecuti sunt me, inimici mei.

In multitudine misericordiæ tuæ exaudi me, in veritate salutis tuæ. *Ibid.*

Eripe me de luto, vt non infigar, libera me ab ijs qui oderunt me, & de profundis aquarum.

Non me demergat tempestas aquæ, neque absorbeat me profundum, neque vrgeat super me puteus os suum.

Exaudi me, Domine, quoniam benigna est misericordia tua, secundum multitudinem miserationum tuarum respice in me.

Et ne auertas faciem tuam à puero tuo, quoniam tribulor, velociter exaudi me.

Intende animæ meæ, & libera eam, propter inimicos meos eripe me.

Non auertas faciem tuam à me, in quacunque die tribulor, inclina ad me aurem tuam.

In quacunque die inuocauero te, velociter exaudi me.

Exaudi orationem meam, Do- 38.
mine, & deprecationẽ meã, auribus percipe lachrymas meas.

Ne ſileas, quoniam aduena ego ſum apud te, & peregrinus ſicut omnes patres mei.

Remitte mihi, vt refrigerer, priuſquam abeam amplius nõ ero.

Domine, Deus ſalutis meæ, in 87.
die clamaui & nocte coram te.

Intret in conſpectu tuo oratio mea: inclina aurẽ tuã ad precẽ meã

Quia repleta eſt malis anima mea, & vita mea inferno appropinquauit.

Circundederunt me dolores 114
mortis, & pericula inferni inuenerunt me.

Tribulationem & dolorẽ inueni, & nomen Domini inuocaui.

O Domine, libera animam meam, miſericors Dominus, & iuſtus, & Deus noſter miſeretur.

142. Domine, exaudi orationem meam, auribus percipe obſecrationé meam in veritate tua, exaudi me in tua Iuſtitia.

Ibid. Quia perſecutus eſt inimicus animam meam, humiliauit in terra vitam meam.

Collocauit me in obſcuris, ſicut mortuos ſæculi, & anxiatus eſt ſuper me ſpiritus meus, in me turbatum eſt cor meum.

Ibid. Expandi manus meas ad te, anima mea ſicut terra ſine aqua tibi.

Velociter exaudi me, Domine, defecit ſpiritus meus.

Non auertas faciem tuam à me, & ſimilis ero deſcendentibus in lacum.

Auditam fac mihi mane miſericordiã tuam, quia in te ſperaui.

Eripe me de inimicis meis, Domine, ad te confugi. *Ibid.*

Educes de tribulatione animam meam, & in misericordia tua disperdes omnes inimicos meos. *Ibid.*

Et perdes omnes qui tribulant animam meam, quoniam ego seruus tuus sum.

Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in cœlis. 122.

Ecce sicut oculi seruorum in manibus dominorum suorum, sicut oculi ancillæ in manibus Dominæ suæ.

Ita oculi nostri ad Dominum Deum nostrum, donec misereatur nostri.

Miserere nostri, Domine, miserere nostri, quia multum repleti sumus despectione.

Quia multum repleta est anima nostra, opprobrium abundantibus, & despectio superbis.

Gloria patri, & filio, & ſpiritui ſancto, &c.

Confortantis ſeipſum, aut alios, & conſolantis in Domino.

41. APVD me oratio Deo vitæ meæ, dicam Deo, ſuſceptor meus es.

Quare oblitus es mei? & quare contriſtatus incedo, dum affligit me inimicus?

Dum confringuntur oſſa mea, exprobrauerũt mihi qui tribulant me inimici mei.

Dum dicunt mihi per ſingulos dies vbi eſt Deus tuus? quare triſtis es anima mea? & quare conturbas me?

Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi ſalutare vultus mei, & Deus meus.

26. Expecta Dominum, & viriliter age, & confortetur cor tuum & ſuſtine Dominum.

Spera

Spera in Domino, & fac bonitatem, & inhabita terram, & pasceris in diuitijs eius. 36.

Delectare in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui. Ibid.

Reuela Domino viam tuam, & spera in eo, & ipse faciet.

Et educet quasi lumen Iustitiam tuam, & iudicium tuum tanquam meridiem: subditus esto Domino & ora eum.

Expecta Dominum, & custodi viam eius, & exaltabit te vt hæreditate capias terram, cùm perierint peccatores videbis. Ibid.

Iacta super Dominum curam tuam, & ipse te enutriet, & non dabit in æternum fluctuationem iusto. 54.

Inuoca me, in die tribulationis eruam te, & honorificabis me. 49.

Ecce non dormitabit, neque dormiet, qui custodit Israël. 120.

Dominus custodit te, Dominus protectio tua super manum dexteram tuam.

Per diem sol non vret te, neque luna per noctem, Dominus custodit te ab omni malo.

76. Nunquid in æternum proiiciet Deus, aut non apponet vt complacitior sit adhuc?

Aut in finem misericordiam suam abscindet à generatione in generationem?

Aut obliuiscetur misereri Deus? aut continebit in ira sua misericordias suas?

Et dixi, nunc cœpi, hæc mutatio dexteræ excelsi.

102. Miserator & misericors Dominus, longanimis, & multum misericors.

Non in perpetuum irascetur, neque in æternum comminabitur.

Non secundum peccata nostra fecit nobis, neque secundum ini-

uitates noſtras retribuit nobis.

Quoniam ſecundum altitudinem cœli à terra corroborauit miſericordiam ſuam ſuper timentes ſe.

Quantum diſtat ortus ab occidente, longè fecit à nobis iniquitates noſtras.

Quomodo miſeretur pater filiorum, miſertus eſt Dominus timentibus ſe.

Quoniam ipſe cognouit figmentum noſtrum, recordatus eſt, quoniam puluis ſumus.

Qui habitat in adiutorio altiſ- 90.
ſimi in protectione Dei cœli cõmorabitur.

Dicet Domino, ſuſceptor meus es tu, & refugium meum, Deus meus, ſperabo in eum.

Quoniam ipſe liberauit me de laqueo venantium, & à verbo aſpero.

Scapulis ſuis obumbrabit tibi, & ſub pennis eius ſperabis.

Scuto circundabit te veritas eius,non timebis à timore nocturno.

A ſagitta volante in die, à negotio perambulante in tenebris, ab incurſu, & dæmonio meridiano.

Cadent à latere tuo mille,& decem millia à dextris tuis, ad te autem non appropinquabit.

Veruntamen oculis tuis conſiderabis, & retributionem peccatorum videbis.

Quoniam tu es Domine, ſpes mea,altiſſimum poſuiſti refugium tuum.

Non accedet ad te malum, & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo.

Quoniam angelis ſuis mandauit de te,vt cuſtodiant te in omnibus viis tuis.

In manibus portabunt te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.

Super aſpidem & baſiliſcum ambulabis. & conculcabis leonem & draconem.

Quoniam in me ſperauit liberabo eum, protegam eum quoniam cognouit nomen meum.

Clamauit ad me, & ego exaudiam eum: cum ipſo ſum in tribulatione: eripiam eum, & glorificabo eum.

Longitudine dierum replebo eum, & oſtendam illi ſalutare meum.

Gloria patri & filio, & ſpiritui ſancto, &c.

Exauditum ſe à Deo, ac liberatum gratulantis.

IN tribulatione mea inuocaui 17.
Dominum, & ad Deum meum clamaui.

Et exaudiuit de templo ſancto ſuo vocem meam, & clamor meus

in conſpectu eius introiuit in aures eius.

Ibid. Miſit de ſummo, & accepit me, & aſſumpſit me de aquis multis.

Eripuit me de inimicis meis fortiſſimis, & ab ijs qui oderunt me, quoniam confortati ſunt ſuper me.

Præuenerunt me in die afflictionis meæ, & factus eſt Dominus protector meus.

Et eduxit me in latitudinem, ſaluum me fecit, quoniam voluit me.

117. De tribulatione inuocaui Dominum & exaudiuit me in latitudine Dominus.

119. Ad Dominum cum tribularer clamaui, & exaudiuit me.

6. Exaudiuit Dominus deprecationem meam, Dominus orationem meam ſuſcepit.

76. Voce mea ad Dominum clamaui, voce mea ad Deum, & in-

endit mihi.

In die tribulationis meæ Deum
exquisiui manibus meis, nocte
contra eum, & non sum dece-
ptus.

Quoniam abscondit me in ta- 26.
bernaculo suo, in die malorum
protexit me in abscondito taber-
naculi sui.

In petra exaltauit me, & nunc
exaltauit caput meum, super ini-
micos meos.

Circuiui & immolaui in taber-
naculo eius, hostiam vociferatio-
nis cantabo, & psalmum dicam
Domino.

A finibus terræ ad te clamaui 60.
dum anxiaretur cor meum, in pe-
tra exaltasti me.

Deduxisti me, quia factus es
spes mea, turris fortitudinis à fa-
cie inimici.

Inhabitabo in tabernaculo tuo
in sæcula, protegar in velamento
alarum tuarum.

Quo

Quoniam tu, Deus meus, exaudisti orationem meam, dedisti hæreditatem timentibus nomen tuum.

33. Exquisiui Dominum & exaudiuit me, & ex omnibus tribulationibus meis eripuit me.

Ibid. Iste pauper clamauit, & Dominus exaudiuit eum, & de omnibus tribulationibus eius saluauit eum.

55. Deus vitam meam annunciaui tibi, posuisti lachrymas meas in conspectu tuo.

Sicut & in promissione tua, tunc conuertentur inimici mei retrorsum.

In quacunque die inuocauero te, ecce cognoui, quoniam Deus meus est.

In Deo laudabo verbum, in Domino laudabo sermonem, in Deo speraui, non timebo quid faciat mihi homo.

93. Nisi quia Dominus adiuuit

me,

me, paulo minus habitaſſet in inferno anima mea.

Si dicebam, motus eſt pes meus, miſericordia tua, Domine, adiuuabit me.

Secundum multitudinem dolorum meorum, in corde meo cõſolationes tuæ lætificauerunt animam meam.

Expectans expectaui Domi- 39.
num, & intendit mihi.

Et exaudiuit preces meas, & eduxit me de lacu miſeriæ, & de luto fæcis.

Et ſtatuit ſupra petram pedes meos, & direxit greſſus meos.

Et immiſit in os meum canticum nouum, carmen Deo no-
ſtro. 29.

Exaltabo te, Domine, quoniam ſuſcepiſti me, nec delectaſti inimicos meos ſuper me.

Domine Deus meus clamaui ad te, & ſanaſti me.

Domi

Domine, eduxiſti ab inferno animam,meam, ſaluaſti me à deſcendentibus in lacum.

Ibid. Audiuit Dominus, & miſertus eſt mei,Dominus factus eſt adiutor meus.

Conuertiſti planctum meum in gaudium mihi, concidiſti ſaccum meum, & circundediſti me lætitia.

Vt cantet tibi gloria mea, & non compungar, Domine Deus meus, in æternum confitebor tibi.

27. Benedictus Dominus,quoniam exaudiuit vocem deprecationis meæ.

Dominus adiutor meus,& protector meus, in ipſo ſperauit cor meum,& adiutus ſum.

Et refloruit caro mea,& ex voluntate mea confitebor ei.

53. Voluntariè ſacrificabo tibi, & confitebor nomini tuo Domine.

Quoniam ex omni tribulatione

eripuiſti me, & ſuper inimicos meos deſpexit oculus meus.

In me ſunt, Deus, vota tua, quæ reddam laudationes tibi. 55.

Quoniam eripuiſti animam meam de morte, & pedes meos de lapſu: vt placeam coram Deo in lumine viuentium.

Confitebor tibi Domine, in 85.
toto corde meo, & glorificabo nomen tuum in æternum.

Quia miſericordia tua magna eſt ſuper me, & eruiſti animam meam ex inferno inferiori.

Quantas oſtendiſti mihi tribu- 70.
lationes multas & malas, & conuerſus viuificaſti me, & de abyſſis terræ iterum reduxiſti me.

Multiplicaſti magnificentiam tuam, & conuerſus conſolatus es me.

Tenuiſti manum dexteram 72.
meam, & in veritate tua deduxiſti me, & cum gloria ſuſcepiſti me.

65. Benedicite gentes Deum no-
ſtrum, & auditam facite vocem
laudis eius.

Quia poſuit animam meam ad
vitam, & non dedit in commotio-
nem pedes meos.

Quoniam probaſti nos, Deus,
igne nos ex aminaſti, ſicut exami-
natur argentum.

Induxiſti nos in laqueũ, poſuiſti
tribulationes in dorſo noſtro: impo-
ſuiſti homines ſuper capita noſtra.

Tranſiuimus per ignem & aquã,
& eduxiſti nos in refrigerium.

Ego autem cantabo fortitudi-
58. nem tuam, & exaltabo mane mi-
ſericordiam tuam.

Quia factus eſt ſuſceptor meus,
& refugium meum in die tribu-
lationis meæ.

Adiutor meus tibi pſallam, quia
Deus ſuſceptor meus eſt, Deus
meus, miſericordia mea.

108. Confitebor Domino nimis in
ore meo, & in medio multorum

lauda

laudabo eum

Quia astitit à dextris pauperis vt saluam faceret à persequentibus animam meam.

Dirupisti, Domine, vincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis, & nomen Domini inuocabo. 115.

Vota mea Domino reddam in conspectu omnis populi eius, in atrijs domus Domini, in medio tui Hierusalem. Ibid.

Clamabo ad Deum altissimum, Deum qui benefecit mihi. 56.

Misit de cœlo & liberauit me, dedit in opprobrium conculcantes me.

Misit Deus misericordiã suam, & veritatem suam, & eripuit animam meam de medio catulorum leonum.

Omnes gentes circuierunt me, & in nomine Domini quia vltus sum in eos. 117.

Circundantes circundederunt me, & in nomine Domini, quia

vltus ſum in eos.

Circundederunt me ſicut apes & exarſerunt ſicut ignis in ſpinis, & in nomine Domini, quia vltus ſum in eos.

Impulſus euerſus ſum vt caderem,& Dominus ſuſcepit me.

Fortitudo mea,& laus mea Dominus, & factus eſt mihi in ſalu tem.

Ibid. Dextera Domini fecit virtutem, dextera Domini exaltauit me.

Dextera Domini fecit virtutem, non moriar, ſed viuam, & narrabo opera Domini.

Caſtigans caſtigauit me Dominus, & morti non tradidit me.

Aperite mihi portas Iuſtitiæ, ingreſſus in eas confitebor Domino.

Hæc porta Domini,Iuſti intrabunt in eam.

Confitebor tibi quoniam exau-

Adiutor meus, & protector meus tu es, Deus meus ne tardaueris.

Ego autem ſicut oliua fructifera in domo Dei, ſperaui in miſericordia Dei in æternum, & in ſæculum ſæculi. 51.

In pace in idipſum dormiam & requieſcam, quoniam, tu Domine, ſingulariter in ſpe, conſtituiſti me. 4.

Et in velamento alarum tuarum exultabo, adhæſit anima mea poſt te, me ſuſcepit dextera tua. 62.

Miſerere mei, Deus, miſerere mei, quoniam in te confidit anima mea. 56.

Et in vmbra alarum tuarum ſperabo, donec tranſeat iniquitas.

Leuaui oculos meos in montes, vnde veniet auxilium mihi. 120.

Auxilium meum à Domino, qui fecit cælum, & terram.

7. Iuſtum adiutorium meum à Domino, qui ſaluos facit rectos corde.

26. Quoniam pater meus, & mater mea dereliquerunt me, Dominus autem aſſumpſit me.

70. In te confirmatus ſum ex vtero, de ventre matris meæ, tu es protector meus.

In te cantatio mea ſemper, tanquam prodigium factus ſum multis, & tu adiutor fortis.

27. Dominus adiutor meus, & protector meus, in ipſo ſperauit cor meum, & adiutus ſum.

Et refloruit caro mea, & ex voluntate mea confitebor ei.

9. Factus eſt Dominus refugium pauperi, adiutor in opportunitatibus, in tribulatione.

Et ſperent in te qui nouerunt nomen tuum, quoniam non dereliquiſti quærentes te, Domine.

Ibid. Tibi derelictus eſt pauper, or-

pha

phano tu eris adiutor.

In Deo ſalutare meum, & glo- 61.
ria mea, Deus auxilij mei, & ſpes
mea in Deo eſt.

Sperate in eo omnis congre-
gatio populi, effundite coram illo
corda veſtra, Deus adiutor noſter
in æternum.

Anima noſtra ſuſtinet Domi- 32.
num: quoniam adiutor & prote-
ctor noſter eſt.

Quia in eo lætabitur cor no-
ſtrum, & in nomine ſancto eius
ſperauimus.

Lætentur omnes qui ſperant in 5.
te, in æternum exultabunt, & ha-
bitabis in eis.

Et gloriabuntur in te omnes
qui diligunt nomen tuum, quo-
niam tu benedices Iuſto.

Domine, vt ſcuto bonæ volun-
tatis tuæ, coronaſti nos.

Conſerua me, Domine, quo- 15.
niam ſperaui, in te, dixi Domino,
Deus meus es tu, quoniam bono-

rum meorum non eges.

id. Prouidebam Dominum in cõſpectu meo ſemper, quoniam à dextris eſt mihi, ne commouear.

Propter hoc lætatum eſt cor meũ, & exultauit lingua mea, inſuper & caro mea requieſcet in ſpe.

Quoniam non derelinques animam meam in inferno, nec dabis ſanctum tuũ videre corruptioné.

Notas mihi feciſti vias vitæ, adimplebis me lætitia cum vultu tuo, delectationes in dextera tua vſque in finem.

Gloria patri, & filio, &c.

In Dei tutela & patrocinio cõfidẽtis.

3. DOMINE quid multiplicati ſunt, qui tribulant me? multi inſurgunt aduerſum me.

Multi dicunt animæ meæ, non eſt ſalus ipſi in Deo eius.

Tu autẽ, Dñe, ſuſceptor meus es, gloria mea, & exaltãs caput meũ.

bid. Non timebo millia populi cir-

cun

image
not
available

& non ſunt infirmata veſtigia mea.

Perſequar inimicos meos, & comprehendam illos,& non conuertar,donec deficiant.

Confringam illos, nec poterunt ſtare, cadent ſubtus pedes meos.

Et præcinxiſti me virtute ad bellum, & ſupplantaſti inſurgentes in me ſubtus me.

Et inimicos meos dediſti mihi dorſum, & odientes me diſperdiſti.

Et comminuam eos vt puluerem ante faciem venti, vt lutum platearum delebo eos.

26. Dominus illuminatio mea, & ſalus mea, quem timebo?

Dominus protector vitæ meæ, à quo trepidabo? dum appropiant ſuper me nocentes, vt edant carnes meas.

Qui tribulant me inimici mei, ipſi infirmati ſunt, & ceciderunt.

Si consistant aduersum me castra, non timebit cor meum.

Si exurgat aduersum me prælium, in hoc ego sperabo.

Quoniam abscondit me in tabernaculo suo, in die malorum protexit me, in abscondito tabernaculi sui. *ibid.*

In petra exaltauit me, & nunc exaltauit caput meum super inimicos meos.

Benedictus Dominus Deus meus, qui docet manus meas ad prælium: & digitos meos ad bellum. 143.

Misericordia mea, & refugium meum, susceptor meus & liberator meus.

Protector meus, & in ipso speraui, qui subdit populum meum sub me.

Deus noster, refugium, & virtutus, adiutor in tribulationibus, quæ inuenerunt nos nimis. 45.

Propterea non timebimus dum

image
not
available

image
not
available

image
not
available

image
not
available

image
not
available

requiram.

62. Deus Deus meus, ad te de luce vigilo.

Sitiuit in te anima mea, quàm multipliciter tibi caro mea!

In terra deſerta, inuia, & inaquoſa, ſic in ſancto apparui tibi, vt viderem virtutem tuam & gloriam tuam.

142. Expandi manus meas ad te, anima mea, ſicut terra ſine aqua tibi.

Velociter exaudi me, Domine, defecit ſpiritus meus.

118. Defecit in ſalutare tuum anima mea, & in verbum tuum ſuperſperaui.

Defecerunt oculi mei in eloquium tuum, dicentes, quando conſolaberis me?

15. Dominus pars hæreditatis meę, & calicis mei, tu es qui reſtitues hæreditatem meam mihi.

Funes ceciderunt mihi in præclaris, etenim hæreditas mea præ-

clara eſt mihi.

Et nunc quę eſt expectatio mea, 38.
nonne Dominus ? & ſubſtantia mea apud te eſt.

Quid mihi eſt in cœlo? & à te
quid volui ſuper terram. 72.

Defecit caro mea & cor meum, Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum.

Clamaui ad te, Domine, dixi tu 141.
es ſpes mea, portio mea in terra viuentium.

Ego autem in Iuſtitia apparebo 16.
conſpectui tuo, ſatiabor cum apparuerit gloria tua.

Gloria patri, & filio, & ſpiritui ſancto, &c.

Cupientis diſſolui, & ad cœleſtem patriam ſuſpirantis.

EDVC de cuſtodia, Deus, ani- 141.
mam meam, me ſpectant iuſti donec retribuas mihi.

Heu mihi! quia incolatus meus 119.

Quoniam apud te est fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen.

Hæc recordatus sum, & effudi
in me animam meam, quoniam 41.
transibo in locum tabernaculi admirabilis vsque ad domum Dei.

In voce exultationis & confessionis, sonus epulantis.

Placebo Domino in regione 114.
viuorum.

Beatus quem elegisti & assum- 64.
psisti, inhabitabit in atrijs tuis.

Replebimur in bonis domus tuæ, sanctum est templum tuum, mirabile in æquitate.

Quàm dilecta tabernacula tua 83.
Domine, virtutum, concupiscit, & deficit anima mea in atria Domini.

Beati qui habitant in domo tua, Ibid.
Domine, in sæcula sæculorum laudabunt te.

Beatus vir, cuius est auxilium

Si oblitus fuero tui, Hierusalem, obliuioni detur dextera mea. 136.

Adhæreat lingua mea faucibus meis, si non meminero tui.

Si non proposuero te in principio lætitiæ meæ.

Lætatus sum in his quæ dicta 121.
sunt mihi, in domum Domini ibimus.

Stantes erant pedes nostri in atrijs tuis, Hierusalem.

Hierusalem quæ ædificatur vt ciuitas, cuius participatio eius in idipsum.

Illuc enim ascenderunt tribus tribus Domini, testimonium Israël ad confitendum nomini Domini.

Quia illic sederunt sedes in iudicio, sedes super domum Dauid.

Rogate quæ ad pacem sunt Hierusalem, & abundantia diligentibus te.

Fiat pax in virtute tua,& abundantia in turribus tuis.

Propter fratres meos, & proximos meos, loquebar pacem de te.

Propter domum Domini Dei nostri quæsiui bona tibi.

Gloria patri,& filio, & spiritui sancto, &c.

Exultantis in Domino, & ad lætitiam spiritualem alios adhortantis.

9. LÆTABOR & exultabo in te, psallam nomini tuo,altissime.

12. Exultauit cor meum in salutari tuo, cantabo Domino, qui bona tribuit mihi, & psallam nomini Domini altissimi.

34. Anima mea exultabit in Domino, & delectabitur super salutari suo.

Omnia ossa mea dicent, Domine, quis similis tibi.

habitant in eo.

Psallite Deo nostro, psallite regi nostro, psallite. 14.

Quoniã rex omnis terræ Deus, psallite sapienter.

Iubilate Deo omnis terra, seruite Domino in lætitia. 99.

Introite in conspectu eius in exultatione, scitote quoniam Dominus ipse est Deus, ipse fecit nos & non ipsi nos.

Populus eius & oues pascuæ eius, introite portas eius in confessione, atria eius in hymnis confitemini illi.

Laudate nomen eius, quoniam suauis est Dominus, in æternum misericordia eius, & vsque in generatione & generationem veritas eius.

Gloria patri, & filio, & spiritui sancto, &c.

Diuinam erga se atque alios dignationem, & munificentiam celebrantis.

22. DOMINVS regit me, & nihil mihi deerit, in loco paſcuæ ibi me collocauit.

Super aquam refectionis educauit me, animam meam cõuertit.

Deduxit me ſuper ſemitas iuſtitiæ, propter nomen ſuum.

Ibid. Paraſti in conſpectu meo menſam aduerſus eos qui tribulant me.

Impinguaſti in oleo caput meũ, & calix meus inebrians quàm præclarus eſt.

Et miſericordia tua ſubſequetur me omnibus diebus vitæ meæ.

Et vt inhabitem in domo Domini, in longitudinem dierum.

20. Domine in virtute tua lætabitur Rex, & ſuper ſalutare ſuum exultabit vehementer.

Desiderium cordis eius tribuisti ei, & voluntate labiorum eius non fraudasti eum.

Quoniam præuenisti eum in benedictionibus dulcedinis, posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso.

Vitam petijt à te & tribuisti ei, longitudinem dierum in sæculum & in sæculum sæculi.

Magna est gloria eius in salutari tuo, gloriam & magnum decorem impones super eum.

Quoniam dabis eum in benedictionem in sæculum sæculi, lætificabis eum in gaudio cum vultu tuo.

Quid est homo, quod memor es eius? aut filius hominis quoniam visitas eum. 8.

Minuisti eum paulo minus ab angelis, gloria & honore coronasti eum, & constituisti eum super opera manuum tuarum.

Omnia subiecisti sub pedibus

eius, oues & boues vniuersas, insuper & pecora campi.

Volucres cœli & pisces maris, qui perambulant semitas maris.

97. Cantate Domino canticum nouum, quia mirabilia fecit.

Saluauit tibi dextera eius, & brachium sanctum eius.

Notum fecit Dominus salutare suum, in conspectu gentium reuelauit iustitiam suam.

Recordatus est misericordiæ suæ, & veritatis suæ domui Israël.

Viderunt omnes termini terræ salutare Dei nostri.

113. Dominus memor fuit nostri, & benedixit nobis.

Benedixit domui Israël, benedixit domui Aaron.

Benedixit omnibus qui timent Dominum, pusillis cum maioribus.

77. Coram patribus eorum fecit mirabilia in terra Ægypti, in cam

po Taneos.

Interrupit mare, & perduxit eos, & ſtatuit aquas quaſi in vtre.

Et eduxit eos in nube diei, & tota nocte in illuminatione ignis.

Interrupit petram in eremo, & adæquauit eos, velut in abyſſo multa.

Et eduxit aquam de petra, & deduxit tanquam flumina aquas.

Et mandauit nubibus deſuper, & ianuas cœli aperuit. Ibid.

Et pluit illis manna ad manducandum, & panem cœli dedit eis.

Panem angelorum manducauit homo, cibaria miſit eis in abũdantia.

Tranſtulit Auſtrum de cœlo, & induxit in virtute ſua Africum.

Et pluit ſuper eos ſicut puluerem carnes, & ſicut arenam maris volatilia pennata.

Et ceciderunt in medio caſtro-

rum eorum circa tabernacula eorum.

124. Et manducauerunt, & saturati ſunt nimis, & deſiderium eorum attulit eis, non ſunt fraudati à deſiderio ſuo.

ibid. Expandit nubem in protectionem eorum & ignem, vt luceret eis per noctem.

Petierunt & venit coturnix, & pane cœli ſaturauit eos.

Dirupit petram, & fluxerunt aquæ, abierunt in ſicco flumina.

Et eduxit populum ſuum in exultatione, & electos ſuos in lætitia.

105. Et dedit illis regiones gentium, & labores populorum poſſederunt.

Vt cuſtodiant iuſtificationes eius, & legem eius requirant.

Et ſaluauit eos propter nomen ſuum, vt notam faceret potentiam ſuam.

Et increpuit mare rubrum,

& exſiccatum eſt, & dedu-
xit eos in abyſſis ſicut in deſer-
to.

Et ſaluauit eos de manu odien-
tium, & redemit eos de manu ini-
mici.

Et operuit aqua tribulantes
eos, vnus ex eis non remanſit.

Dedit eis petitionem ipſorum, *Ibid.*
& miſit ſaturitatem in animas eo-
rum.

Et vidit cum tribularentur, & *Ibid.*
audiuit orationem eorum.

Et memor fuit teſtamenti ſui,
& pœnituit eum ſecundum mul- 106.
titudinem miſericordiæ ſuæ.

Et dedit eos in miſericordias in
conſpectu omnium, qui cœperant
eos.

Et clamauerunt ad Dominum
cum tribularentur, & de neceſſi-
tatibus eorum eripuit eos.

Et deduxit eos in viam rectam, *Ibid.*
vt irent in ciuitatem habitatio-
nis.

Ibid. Et eduxit eos de tenebris, & vmbra mortis, & vincula eorum disrupit.

Ibid. Quia contriuit portas ferreas, & vectes ferreos confregit.

Suscepit eos de via iniquitatis eorum, propter iniustitias enim suas humiliati sunt.

Omnem escam abominata est anima eorum, & appropinquauerunt vsque ad portas mortis.

Ibid. Misit verbum suum & sanauit eos, & eripuit eos de interitionibus eorum.

Confiteantur Domino misericordiæ eius, & mirabilia eius filiis hominum.

Et sacrificent sacrificium laudis, & annuncient opera eius in exultatione.

Gloria patri, & filio, & spiritui sancto, &c.

Gratias agentis Deo, cúmque laudantis, ac benedicentis.

BENEDIC anima mea Domino, & omnia quæ intra me ſunt nomini ſancto eius. 102.

Benedic anima mea Domino, & noli obliuiſci omnes retributiones eius.

Qui propitiatur omnibus iniquitatibus ſuis: qui ſanat omnes infirmitates tuas.

Qui redimit de interitu vitam tuam, qui coronat te in miſericordia, & in miſerationibus.

Qui replet in bonis deſiderium tuum, renouabitur vt aquilæ Iuuentus tua.

Quid retribuam Domino pro 115
omnibus quæ retribuit mihi.

Calicem ſalutaris accipiam, & nomen Domini inuocabo.

Vota mea Domino reddam, coram omni populo eius.

30. Benedictus Dominus, quoniam mirificauit miſericordiam ſuam mihi in ciuitate munita.

40. Benedictus Dominus Deus Iſraël à ſæculo, & vſque in ſeculum, fiat fiat.

65. Venite, audite, & narrabo, omnes qui timetis Deum, quanta fecit Deus animæ meæ.

Ibid. Benedictus Dominus qui non amouit orationem meam, & miſericordiam ſuam à me.

71. Sit nomen Domini benedictum in ſæcula, ante ſolem permanet nomen eius.

Ibid. Benedictus Dominus Deus Iſraël, qui facit mirabilia ſolus.

Et benedictum nomen maieſtatis eius, in æternum, & replebitur maieſtate eius omnis terra, fiat, fiat.

88. Miſericordias Domini in æternum cantabo, in generatione & generationem annunciabo veritatem tuam in ore meo.

In Domino laudabitur anima 33.
mea, audiant manſueti & læten-
tur.

Magnificate Dominũ mecum, & exaltemus nomen eius in idipſum.

Sit gloria Domini in ſæculum, 103.
lætabitur Dominus in operibus
ſuis.

Viuit Dominus & benedictus
Deus meus, & exaltetur Deus ſa- 17.
lutis meæ.

Confitebor tibi, Domine, in 9.
toto corde meo, narrabo omnia
mirabilia tua.

Omnis terra adoret te, & pſal- 65.
lat tibi, pſalmum dicat nomini
tuo.

Confiteantur tibi populi, Deus, 66.
confiteantur tibi populi om-
nes.

Lætentur & exultent gentes, quoniam iudicas populos in æquitate, & gentes in terra dirigis.

Confiteantur tibi populi, Deus, confiteantur tibi populi omnes, terra dedit fructum suum.

70. Repleatur os meum laude, vt cantem gloriam tuam, tota die magnitudinem tuam.

91. Bonum est confiteri Domino, & psallere nomini tuo, altissime.

Ad annunciandum mane misericordiam tuam, & veritatem tuam per noctem.

50. Domine labia mea aperies, & os meum annunciabit laudem tuam.

112. Sit nomen Domini benedictum, ex hoc nunc & vsque in sæculum.

A solis ortu vsque ad occasum, laudabile nomen Domini.

113. Non nobis Domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam.

137. Confitebor tibi, Domine, in toto corde meo, quoniam audisti verba oris mei.

In conspectu angelorum psal-

lam tibi, adorabo ad templum ſanctum tuum, & confitebor nomini tuo.

Super miſericordia tua & veritate tua, quoniam magnificaſti ſuper omne nomen ſanctum tuum.

Confiteantur tibi, Domine, omnes reges terræ, quia audierunt omnia verba oris tui. *Ibid.*

Et cantent in vijs Domini, quoniam magna eſt gloria Domini.

Exaltabo te Deus meus Rex, & benedicam nomini tuo in ſæculum & in ſæculum ſæculi. 144.

Per ſingulos dies benedicam tibi, & laudabo nomen tuum in ſæculum & in ſæculum ſæculi.

Laudationem Domini loquetur os meum, & benedicat omnis caro nomini ſancto eius in ſæculum & in ſæculum ſæculi. *Ibid.*

Glo

Gloria patri, & filio, & spiritui sancto, &c.

Creaturas omnes ad Dei laudationem inuitantis.

102. BENEDICITE Domino omnes angeli eius, potentes virtute, facientes verbum illius, ad audiendam vocem sermonum eius.

Benedicite Domino omnes virtutes eius, ministri eius, qui facitis voluntatem eius.

Benedicite Domino omnia opera eius, in omni loco dominationis eius, benedic anima mea Domino.

139. Ecce nunc benedicite Dominum omnes serui Domini.

Qui statis in domo Domini, in atrijs domus Dei nostri.

In noctibus extollite manus vestras in sancta, & benedicite Dominum.

134. Laudate nomen Domini, laudate

ſerui Dominum.

Laudate Dominum, quia bonus *Ibid.*
Dominus, pſallite nomini eius, quoniam ſuaue.

Pſallite Domino ſancti eius, & 29.
confitemini memoriæ ſanctitatis eius.

Pſallite Domino qui habitat in 9.
Sion, annunciate inter gentes ſtudia eius.

Exaltate Dominum Deum no- 98.
ſtrum, & adorate in monte ſancto eius, quoniam ſanctus Dominus Deus noſter.

Cantate Domino canticum no- 95.
uum, cantate Domino omnis terra.

Cantate Domino, & benedicite nomini eius, annunciate de die in diem ſalutare eius.

Annunciate inter gentes glo- 117.
riam eius, in omnibus populis mirabilia eius.

Laudate Dominum omnes gentes, laudate eum omnes populi.

Quo

Quoniam confirmata est ſuper nos miſericordia eius, & veritas Domini manet in æternum.

148. Laudate Dominum de cœlis, laudate eum in excelſis.

Laudate eum omnes angeli eius, laudate eum omnes virtutes eius.

Laudate eum ſol & luna, laudate eum omnes ſtellæ & lumen.

Laudate eum cœli cœlorum, & aquæ quæ ſuper cœlos ſunt laudent nomen Domini.

Ibid. Laudate Dominum de terra, dracones, & omnes abyſſi.

Ignis, grando, nix, glacies, ſpiritus procellarum, quæ faciunt verbum eius.

Montes, & omnes colles, ligna fructifera, & omnes cedri.

Beſtiæ, & vniuerſa pecora, ſerpentes & volucres pennatæ.

Reges terræ, & omnes po-

puli, principes & omnes iudices terræ.

Iuuenes, & virgines, ſenes cum iunioribus laudent nomen Domini, quia exaltatum eſt nomen eius ſolius.

Confeſſio eius ſuper cœlum & terram, & exaltauit cornu populi ſui.

Hymnus omnibus ſanctis eius, filijs Iſraël populo appropinquanti ſibi.

Cantate Domino canticum 149.
nouum, laus eius in Eccleſia ſanctorum.

Lætetur Iſraël in eo, qui fecit eum, & filiæ Sion exultent in rege ſuo.

Laudent nomen eius in choro, in tympano, & pſalterio pſallant ei.

Quia beneplacitum eſt Domino in populo ſuo, & exaltauit mãſuetos in ſalutem.

Laudate Dominum in ſanctis 150.

eius, laudate eum in firmamento virtutis eius.

Laudate eum in virtutibus eius, laudate eum ſecundum multitudinem magnitudinis eius.

Laudate eum in ſono tubæ, laudate eum in pſalterio, & cythara.

Laudate eum in tympano & choro, laudate eum in cordis, & organo.

Laudate eum in cymbalis bene ſonantibus, laudate eum cymbalis iubilationis, omnis ſpiritus laudet Dominum.

Gloria patri, & filio, & ſpiritui ſancto, &c.

Commendantis Diuinam legem, & obſeruatores eius beatificantis.

11. ELOQVIA Domini, eloquia caſta, argentum igne examinatum, probatum terræ, purga-

tum

um septuplum.

Deus meus impolluta via eius, 17.
loquia Domini igne examinata,
protector est omnium sperantium
n se.

Lex Domini immaculata, con- 18.
uertens animas, testimonium Do-
mini fidele, sapientiam præstans
paruulis.

Iustitiæ Domini rectæ, læ-
tificantes corda, præceptum Do-
mini lucidum illuminans ocu-
los.

Timor Domini sanctus, perma-
nens in sæculum sæculi, iudicia
Domini vera, iustificata in semet-
ipsa.

Desiderabilia super aurum &
lapidem pretiosum multum, &
dulciora super mel & fauum.

Etenim seruus tuus custodit ea,
in custodiendis illis retributio
multa.

Fidelia omnia mandata eius, cō- 110.
firmata in sæculum sęculi, facta in

veritate & æquitate.

1. Beatus vir qui non abijt in
consilio impiorum, & in via peccatorum non stetit, & in cathedra pestilentiæ non sedit.

Sed in lege Domini voluntas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte.

Et erit tanquam lignum quod plantatũ est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo.

Et folium eius non defluet, & omnia quæcunque faciet prosperabuntur.

24. Quis est homo qui timet Do-
minum? legem statuit ei in via quam elegit.

Anima eius in bonis demorabitur, & semen eius hæreditabit terram.

111. Beatus vir qui timet Dominum,
in mandatis eius volet nimis.

Potens in terra erit semen eius, generatio rectorum bene-

dice

dicetur.

Gloria & diuitiæ in domo eius, & iuſtitia eius manet in ſæculum ſæculi.

Beatus homo, quem tu erudieris, 93.
Domine, & de lege tua docueris eum.

Vt mitiges ei à diebus malis, donec fodiatur peccatori fouea.

Beati immaculati in via, qui 118.
ambulant in lege Domini.

Beati qui ſcrutantur teſtimo- Ibid.
nia eius, in toto corde exquirunt eum.

Pax multa diligentibus legem Ibid.
tuam, & non eſt illis ſcandalum.

Miſericordia Domini ab æter- 102.
no, & vſque in æternum ſuper timentes eum.

Et iuſtitia illius in filios filiorum, his qui ſeruant teſtamentum eius.

Et memores ſunt mandato-

rum

rum ipsius ad faciendum ea.
103. Beati qui custodiunt iudicium, & faciunt iustitiam in omni tempore.

14. Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo? aut quis requiescet in monte sancto tuo?

Qui ingreditur sine macula, & operatur iustitiam.

Qui loquitur veritatem in corde suo, qui non egit dolum in lingua sua.

Nec fecit proximo suo malum, & opprobrium non accepit aduersus proximos suos.

Ad nihilum deductus est in conspectu eius malignus, timentes autem Dominum glorificat.

Qui iurat proximo suo, & non decipit, qui pecuniam suam non dedit ad vsuram, & munera super innocentem non accepit.

Qui facit hæc non mouebitur in æternum.

Quis aſcendet in montem Domini? aut quis ſtabit in loco ſancto eius? 23.

Innocens manibus, & mundo corde, qui non accepit in vano animam ſuam, nec iurauit in dolo proximo ſuo.

Hic accipiet benedictionem à Domino, & miſericordiam à Deo ſalutari ſuo.

Hæc eſt generatio quærentium eum, quærentium faciem Dei Iacob.

Gloria patri, & filio, & ſpiritui ſancto, &c.

OFFERENTIS SE Deo, ac legis eius amorem, & obſeruantiam profitentis.

PARATVM cor meum, Deus, paratum cor meum cantabo, & pſalmum dicam. 56.

Para

107. Paratum cor meum, Deus, paratum cor meum, cantabo, & pſallam in gloria mea.

61. Nonne Deo ſubiecta erit anima mea? ab ipſo enim ſalutare meum.

Ibid. Veruntamen ſubiecta Deo eſto anima mea, quoniam ab ipſo patientia mea.

39. In capite libri ſcriptum eſt de me, vt facerem voluntatem tuam, Deus meus volui, & legem tuam in medio cordis mei.

115. O Domine, quia ego ſeruus tuus, ego ſeruus tuus, & filius ancillæ tuæ.

72. Vt iumentum factus ſum apud te, & ego ſemper tecum.

118 Paratus ſum, & non ſum turbatus, vt cuſtodiam mandata tua.

Ibid. Vtinam dirigantur viæ meæ, ad cuſtodiendas iuſtificationes tuas.

Ibid. Concupiuit anima mea deſiderare iuſtificationes tuas, in omni tempore.

Os meum aperui, & attraxi ſpiritum, quia mandata tua deſiderabam. *Ibid.*

Portio mea, Domine, dixi, cuſtodire legem tuam.

Quomodo dilexi legem tuam, Domine, tota die meditatio mea eſt. *Ibid.*

Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua ſuper mel ori meo. *Ibid.*

Lætabor ego ſuper eloquia tua, ſicut qui inuenit ſpolia multa. *Ibid.*

In toto corde meo exquiſiui te, ne repellas me à mandatis tuis. *Ibid.*

In corde meo abſcondi eloquia tua, vt non peccem tibi. *Ibid.*

In mandatis tuis exercebor, & conſiderabo vias tuas. *Ibid.*

Viam veritatis elegi, iudicia tua non ſum oblitus. *Ibid.*

Ecce concupiui mandata tua, in æquitate tua viuifica me. *Ibid.*

Et custodiam legem tuam semper in sæculum, & in sæculum sæculi.

Ibid. Leuaui manus meas ad mandata tua quæ dilexi, & exercebar in iustificationibus tuis.

Ibid. Tuus sum ego saluum me fac, quoniam iustificationes tuas exquisiui.

Ibid. Iuraui & statui custodire iudicia Iustitiæ tuæ.

Ibid. Hæreditate exquisiui testimonia tua in æternum, quia exultatio cordis mei sunt.

Ibid. Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas in æternum, propter retributionem.

Gloria patri, & filio, & spiritui sancto, &c.

Postulantis directionem & confirmationem in bono.

5. DOMINE deduc me in iustitia tua propter inimicos meos,

diri

dirige in conſpectu tuo viam meam.

Illumina oculos meos, ne vnquam obdormiam in morte, nequando dicat inimicus meus, præualui aduerſus eum. 12.

Quoniam tu illuminas lucernam meam, Domine, Deus meus, illumina tenebras meas. 17.

Vias tuas, Domine, demonſtra mihi, & ſemitas tuas edoce me. 24.

Dirige me in veritate tua, & doce me, quia tu es Deus ſaluator meus, & te ſuſtinui tota die. *Ibid.*

Legem pone mihi, Domine, in via tua, & dirige me in ſemitam, rectam, propter inimicos meos. *26.*

Deduc me, Domine, in via tua, & ingrediar in veritate tua, lætetur cor meum, vt timeat nomen tuum. 85.

Pone, Domine, cuſtodiam ori meo, & oſtium circunſtantiæ labijs meis. *140.*

Non declines cor meum in verba malitiæ, ad excuſandas excuſationes in peccatis.

Vt non loquatur os meum opera hominum, & non communicabo cum electis eorum.

118. Benedictus es, Domine, doce me iuſtificationes tuas.

Ibid. Reuela oculos meos, & conſiderabo mirabilia de lege tua.

Ibid. Viam iuſtificationum tuarum inſtrue me, & exercebor in mirabilibus tuis.

Ibid. Legem pone mihi, Domine, viam iuſtificationum tuarum, & exquiram eam ſemper.

Da mihi intellectum, & ſcrutabor legem tuam, & cuſtodiam illam in toto corde meo.

Deduc me in ſemitam mandatorum tuorum, quia ipſam volui.

Ibid. Fac cum ſeruo tuo ſecundum miſericordiam tuam, & iuſtifica-

tiones tuas doce me.

Seruus tuus ſum ego, da mihi *Ibid.*
intellectum, vt ſciam teſtimonia
tua.

Greſſus meos dirige ſecundum *Ibid*
eloquium tuum, & non domine-
tur mei omnis iniuſtitia.

Notam fac mihi viam, in qua 142
ambulem, quia ad te leuaui ani-
mam meam.

Doce me facere voluntatem
tuam, quia Deus meus es tu. *Ibid.*

Spiritus tuus bonus deducet *Ibid.*
me in terram rectam propter no-
men tuum Domine, viuificabis
me in æquitate tua.

Proba me Deus, & ſcito cor 134.
meum, interroga me, & cognoſce
ſemitas meas.

Et vide ſi via iniquitatis in me
eſt, & deduc me in via æterna.

Perfice greſſus meos in ſemi- 16.
tis tuis, vt non moueantur veſtigia
mea.

Manda Deus, virtuti tuæ, con- 67.

image
not
available

Et perfice eam, quam plantauit dextera tua, & super filium hominis, quem confirmasti tibi.

Domine, Deus virtutum, conuerte nos, ostende faciem tuam, & salui erimus. *Ibid.*

Libera, Deus, Israël ex omnibus tribulationibus suis. 24.

Saluum fac populum tuum, Domine, & benedic hæreditati tuæ, & rege eos, & extolle eos vsque in æternum. 27.

Memor esto congregationis tuæ, quam possedisti ab initio. 73.

Fiat misericordia tua, Domine, super nos, quemadmodum sperauimus in te. 32.

Deus misereatur nostri & benedicat nobis, illuminet vultum suum super nos, & misereatur nostri. 66.

Vt cognoscamus in terra viam tuam, in omnibus gentibus salutare tuum.

Benedicat nos Deus, Deus noster, *Ibid.*

benedicat nos Deus, & metuant eum omnes fines terræ.

83. Protector noster aſpice, Deus, & reſpice in faciem Chriſti tui.

Conuertere, Domine, vſque-
89. quo, & deprecabilis eſto ſuper ſeruos tuos.

Ibid. Reſpice in ſeruos tuos, Domine, & in opera tua, & dirige filios eorum.

Et ſit ſplendor Domini Dei noſtri ſuper nos, & opera manuum noſtrarum dirige ſuper nos, & opus manuum noſtrarum dirige.

105. Memento noſtri, Domine, in beneplacito populi tui, viſita nos in ſalutari tuo.

Ad videndum in bonitate electorum tuorum, ad lætandum in lætitia gentis tuæ, vt lauderis cum hæreditate tua.

Ibid. Saluos nos fac, Domine, Deus noſter, & congrega nos de nationibus.

Vt confiteamur nomini ſancto tuo, & gloriemur in laude tua.

Secundum miſericordiam tuam memento mei, tu, propter bonitatem tuam, Domine. 24.

Benefac, Domine, bonis & rectis corde. 124.

Domine ſaluũ fac regẽ, & exaudi nos in die, qua inuocauerimus te. 19.

Dominus conſeruet eum, & viuificet eum, & beatum faciat eum in terra, & non tradat eum in manum inimicorum eius. 40.

Dominus opem ferat illi, ſuper lectum doloris eius.

Adijciat Dominus ſuper vos, ſuper vos, & ſuper filios veſtros. 113.

Benedicti vos à Domino, qui fecit cœlum & terram.

Exaudiat te, Dominus, in die tribulationis, protegat te, nomen Dei Iacob. 19.

Mittat tibi auxilium de ſancto, & de Sion tueatur te.

Memor ſit omnis ſacrificij tui, & holocauſtum tuum pingue fiat.

Tribuat tibi ſecundũ cor tuum, & omne conſilium tuum confirmet.

Impleat, Dominus, omnes petitiones tuas.

133. Benedicat te Dominus ex Sion, qui fecit cœlum & terram.

120. Non det in commotionem pedem tuum, neque dormitet qui cuſtodit te.

Ibid. Dominus cuſtodit te ab omni malo, cuſtodiat animam tuam Dominus.

Dominus cuſtodiat introitum tuum, & exitum tuum, ex hoc nunc & vſque in ſæculum.

127. Benedicat tibi Dominus ex Sion, & videas bona Hieruſalem omnibus diebus vitæ tuæ.

Et videas filios filiorum tuorum pacem ſuper Iſraël.

Gloria patri, & filio, & ſpiritui ſancto, &c.

Pater

Paternam Dei erga se, ac cœteras res omnes prouidentiam declarantis.

DOMINE probasti me, & cognouisti me, tu cognouisti sessionem meam, & resurrectionem meam. 138.

Intellexisti cogitationes meas de longe, semitam meam & funiculum meum inuestigasti.

Et omnes vias meas præuidisti, quia non est sermo in lingua mea.

Ecce, Domine, tu cognouisti omnia nouissima & antiqua, tu formasti me, & posuisti super me manum tuam.

Mirabilis facta est scientia tua ex me, confortata est, & non potero ad eam.

Quo ibo à spiritu tuo? & quo à facie tua fugiam?

Si ascendero in cœlũ tu illic es, si descendero in infernum, ades.

Si ſumpſero pennas meas diluculo, & habitauero in extremis maris.

Etenim illuc manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua.

Et dixi, forſitan tenebræ conculcabunt me, & nox illuminatio mea in delicijs meis.

Quia tenebrę non obſcurabũtur à te, & nox ſicut dies illuminabitur, ſicut tenebræ eius, ita & lumen eius.

Quia tu poſſediſti renes meos, ſuſcepiſti me de vtero matris meæ.

Ibid. Non eſt occultatum os meum à te, quod feciſti in occulto, & ſubſtantia mea in inferioribus terræ.

Imperfectum meum viderunt oculi tui, & in libro tuo omnes ſcribentur.

31. De cœlo reſpexit Dominus, vidit omnes filios hominum.

De præparato habitaculo ſuo reſpexit ſuper omnes qui habitant terram.

Qui finxit ſigillatim corda eorum, qui intelligit omnia opera eorum.

Et dixerunt non videbit Do- 93.
minus, nec intelliget Deus Iacob.

Intelligite inſipientes in populo,& ſtulti aliquando ſapite.

Qui plantauit aurem, non audiet? aut qui finxit oculum, non conſiderat?

Qui corrigit gentes, non arguet? qui docet hominem ſcientiam?

Dominus ſcit cogitationes hominum, quoniam vanæ ſunt.

Qui numerat multitudinem 146.
ſtellarum, & omnibus eis nomina vocat.

Qui operit cœlum nubibus, & parat terræ pluuiam.

Qui producit in montibus fœ-

num, & herbam seruituti hominum.

Qui dat iumentis escam ipsorum, & pullis coruorum inuocantibus eum.

147. Qui dat niuem sicut lanam, nebulam sicut cinerem spargit.

Mittit chrystallum suam sicut bucellas, ante faciem frigoris eius quis sustinebit?

Emittet verbum suum, & liquefaciet ea, flabit spiritus eius, & fluent aquæ.

144. Oculi omnium in te sperant, Domine, & tu das escam illorum in tempore opportuno.

Aperis tu manum tuam, & imples omne animal benedictione.

103. Qui emittis fontes in conuallibus, inter medium montium pertransibunt aquæ.

Potabunt omnes bestiæ agri, expectabunt onagri in siti sua.

Super ea volucres cœli habitabunt, de medio petrarum dabunt

voces.

Rigans montes, de superioribus suis, de fructu operum tuorum satiabitur terra.

Producens fœnum iumentis, & herbam seruituti hominum.

Vt educas panem de terra, & vinum lætificet cor hominis.

Vt exhilaret faciem in oleo, & panis cor hominis confirmet.

Saturabuntur ligna campi, & cedri Libani, quas plantauit.

Illic passeres nidificabunt, herodij domus dux est eorum.

Montes excelsi ceruis, petra refugium herinaceis.

Fecit lunam in tempora, sol cognouit occasum suum.

Posuisti tenebras, & facta est nox, in ipsa pertransibunt omnes bestiæ syluæ.

Catuli leonum rugientes, vt

rapiant, & quærant à Deo eſcam ſibi.

Ortus eſt ſol, & congregati ſunt, & in cubilibus ſuis collocabuntur.

Exibit homo ad opus ſuum, & ad operationem ſuam vſque ad veſperum.

Ibid. Hoc mare magnum & ſpatioſum, manibus, illic reptilia, quorum non eſt numerus.

Animalia puſilla cum magnis, illic naues pertranſibunt.

Draco iſte, quem formaſti ad illudendum ei, omnia à te expectant, vt des illis eſcam in tempore.

Dante te illis, colligent: aperiente te manum tuam, omnia implebuntur bonitate.

Auertente autem te faciem, turbabuntur: auferes ſpiritum eorum, & deficient, & in puluerem ſuum reuertentur.

Emittes ſpiritum tuum, & crea-

buntur, & renouabis faciem terræ.

Viſitaſti terram, & inebriaſti 64.
eam, multiplicaſti locupletare eam.

Flumen Dei repletum eſt aquis, paraſti cibum illorum, quoniam ita eſt præparatio eius.

Riuos eius inebrians, multiplica genimina eius, in ſtillicidiis eius lætabitur germinans.

Benedices coronæ anni benignitatis tuæ, & campi tui implebuntur vbertate.

Pingueſcent ſpecioſa deſerti, & exultatione colles accingentur.

Induti ſunt arietes ouium, & valles abundabunt frumento, clamabunt, etenim hymnum dicent.

Gloria patri, & filio, & ſpiritui ſancto, &c.

Peculiarem Diuinæ beneuolentiæ erga iustos & afflictos propensionem, & curam attestantis.

9. DESIDERIVM pauperum exaudiuit Dominus, præparationem cordis eorum audiuit auris tua.

32. Ecce oculi Domini super metuentes eum, & in eis qui sperant super misericordia eius.

Vt eruat à morte animas eorum, & alat eos in fame.

10. Oculi eius in pauperem respiciunt, palpebræ eius interrogant filios hominum.

11. Propter miseriam inopum, & gemitum pauperum, nunc exurgam, dixit Dominus.

33. Clamauerunt iusti, & Dominus exaudiuit eos, & ex omnibus tribulationibus eorum liberauit eos.

Ibid. Iuxta est Dominus ijs, qui tribulato sunt corde, & humiles spi-

ritu

itu ſaluabit.

Multæ tribulationes iuſtorum, & de omnibus his liberabit eos Dominus.

Cuſtodit Dominus omnia oſſa eorum, & vnum ex his non conteretur. *Ibid.*

Redimet Dominus animas ſeruorum ſuorum, & non delinquent omnes qui ſperant in eo. *Ibid.*

Quia non relinquet Dominus virgam peccatorum, ſuper ſortem iuſtorum, vt non extendant iuſti ad iniquitatem manus ſuas. 124.

Apud Dominum greſſus hominis dirigentur, & viam eius volet. *36.*

Cùm ceciderit non collidetur, quia Dominus ſupponit manum ſuam.

Iunior fui, etenim ſenui, & non vidi iuſtum derelictum, nec ſemen eius quærens panem.

Quia

Ibid. Quia Dominus amat iudicium, & non derelinquet sanctos suos, in æternum conseruabuntur.

Ibid. Os iusti meditabitur sapientiã, & lingua eius loquetur iudicium.

Lex Dei eius in corde ipsius, & non supplantabuntur gressus eius.

Ibid. Considerat peccator Iustum, & quærit mortificare eum.

Dominus autem non derelinquet eum in manibus eius, nec damnabit eum, cum iustificabitur illi.

68. Exaudiuit pauperes Dominus, & vinctos suos non despexit.

102. Faciens misericordias Dominus, & iudicium omnibus iniuriam patientibus.

34. Eripiens inopem de manu fortiorum eius, egenum & pauperem à diripentibus eum.

101. Respexit in orationem humilium, & non spreuit precem

eorum

eorum.

Quia proſpexit de excelſo ſancto ſuo, Dominus de cœlo in terram aſpexit. *Ibid.*

Vt audiret gemitus compeditorum, vt ſolueret filios interemptorum. *Ibid*

Alleuat Dominus omnes qui corruunt, & erigit omnes eliſos. *144.*

Prope eſt Dominus omnibus inuocantibus eum, omnibus inuocantibus eum in veritate. *Ibid.*

Voluntatem timentium ſe faciet, & deprecationem eorum exaudiet, & ſaluos faciet eos.

Qui ſanat contritos corde, & alligat contritiones eorum. *146.*

Beata gens, cuius eſt Dominus Deus eius, populus quem elegit in hæreditatem ſibi. *32.*

Beatus cuius Deus Iacob, adiutor eius, ſpes eius in Domino Deo ipſius. *145.*

Qui cuſtodit veritatem in ſæ-

culum,

culum, facit iudicium iniuriam patientibus, dat escam esurietibus.

Dominus soluit compeditos, Dominus illuminat cœcos.

Dominus erigit elisos, Dominus diligit iustos.

Dominus custodit aduenas, pupillum & viduam suscipiet, & vias peccatorum disperdet.

Gloria patri, & filio, & spiritui sancto, &c.

Diuinæ prouidentiæ super iustos & iniustos discrimen obseruantis.

33. OCVLI Domini super iustos, & aures eius in preces eorum.

Vultus autem Domini super facientes mala, vt perdat de terra memoriam eorum.

bid. Diuites eguerunt, & esurierunt, inquirentes autem Dominum non minuentur omni bono.

bid. Mors peccatorum pessima, &

qui

qui oderunt iustum delinquent.

Redimet Dominus animas seruorum suorum, & non delinquent omnes qui sperant in eo.

Ideo non resurgent impij in 1.
iudicio, neque peccatores in concilio iustorum.

Quoniam nouit Dominus viam iustorum, & iter impiorum peribit.

Consumetur nequitia peccatorum, & diriges iustum, scrutans 7.
corda, & renes Deus.

Quoniam tu populum humilem 17.
saluum facies, & oculos superborum humiliabis.

Suscipiẽs mansuetos Dominus, 146.
humilians autem peccatores vsque ad terram.

Multa flagella peccatoris, sperantem autem in Domino miseri- 31.
cordia circundabit.

Quoniam qui malignantur, exterminabuntur, sustinentes autem 36.
dñm ipsi hæreditabunt terram.

Et

Et adhuc pusillum,& non erit peccator,& quæres locum eius,& non inuenies.

Mansueti autem hæreditabunt terram, & delectabuntur in multitudine pacis.

Ibid. Melius est modicum iusto super diuitias peccatorum multas.

Quoniam brachia peccatorum conterentur: confirmat autem iustos Dominus.

Ibid. Nouit Dominus dies immaculatorum,& hæreditas eorum in æternum erit.

Non confundetur in tempore malo, & in diebus famis saturabuntur, quia peccatores peribunt.

Inimici verò Domini, mox vt honorificati fuerint, & exaltati, deficientes quemadmodum fumus deficient.

Ibid. Quia benedicentes ei hæreditabunt terram, maledicentes autem ei disperibunt.

Ibid. Iniusti punientur,& semen im-

piorum peribit.

Iusti autem hæreditabunt terram, & habitabunt in sæculum sæculi super eam.

Vidi impium superexaltatum, & eleuatum sicut cedros Libani. *Ibid.*

Et trãsiui, & ecce non erat, quæsiui eum, & non est inuentus locus eius.

Custodi innocentiam, & vide æquitatem, quoniam sunt reliquię homini pacifico.

Iniusti autem disperibũt, simul reliquiæ impiorum interibunt.

Salus autem iustorum à Domino, & protector eorum in tempore tribulationis.

Et adiuuabit eos Dominus, & liberabit eos, & eruet eos à peccatoribus, & saluabit eos, quia sperauerunt in eo.

Gloria patri, & filio, & spiritui sancto, &c.

EXCITANTIS AD *Dei cultum, & obsequium, & à peccato reuocantis.*

28. AFFERTE Domino, filij Dei, afferte Domino filios arietum.

Afferte Domino gloriam, & honorem: afferte Domino gloriam nomini eius, adorate Dominum in atrio sancto eius.

30. Diligite Dominum omnes sancti eius, quoniã veritatem requiret Dominus, & retribuet abundanter facientibus superbiam.

Viriliter agite, & confortetur cor vestrum, omnes qui speratis in Domino.

33. Accedite ad eum, & illuminamini, & facies vestræ non confundentur.

Ibid. Gustate & videte quoniam suauis est Dominus, beatus vir qui sperat in eo.

Timete Dominum omnes san-

cti eius, quoniam non est inopia
timentibus eum.

Quærite Dominum,& confir- 104.
mamini,quærite faciem eius sem-
per.

Sperate in eo omnis congrega- 61.
tio populi, effundite coram illo
corda vestra, Deus adiutor noster
in æternum.

Venite filij,audite me,timorem 33.
Domini docebo vos.

Prohibe linguam tuam à malo,
& labia tua ne loquantur do
lum.

Diuerte à malo, & fac bo-
num,inquire pacem,& perseque-
re eam.

Immola Deo sacrificium lau- 49.
dis,& redde altissimo vota tua.

Vouete & reddite Domino 75.
Deo vestro omnes qui in circuitu
eius affertis munera.

Terribili & ei qui aufert spiri-
tum principum, terribili apud re-
ges terræ.

Qui diligitis Dominum odite malum, custodit Dominus animas sanctorum suorum, de manu peccatoris liberabit eos.

2. Et nunc Reges intelligite, erudimini, qui iudicatis terram.

Seruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore.

Apprehendite disciplinam, ne quando irascatur Dominus, & pereatis de via iusta.

1. b. Nolite sperare in iniquitate, & rapinas nolite concupiscere, diuitiæ si affluant nolite cor apponere.

1. a. Vsquequo iudicatis iniquitatem, & facies peccatorum sumitis?

Iudicate egeno, & pupillo, humilem & pauperem iustificate.

Eripite pauperem, & egenum de manu peccatoris liberate.

Irascimini, & nolite peccare,
4. quæ dicitis in cordibus vestris, & in cubilibus vestris cõpungimini.

Sacr

Sacrificate ſacrificium iuſtitiæ,
& ſperate in Domino.

Nolite fieri ſicut equus & mu
lus, quibus non eſt intellectus. 31.

Deus iudex iuſtus, fortis, & pa
tiens, nunquid iraſcitur per ſin-
gulos dies?

Niſi conuerſi fueritis gladium
ſuum vibrabit, arcum ſuum teten- 7.
dit, & parauit illum.

Et in eo parauit vaſa mortis,
ſagittas ſuas ardentibus effecit.

Dixi iniquis, nolite iniquè agere:
& delinquentibus nolite exaltare 74
cornu.

Nolite extollere in altum cor-
nu veſtrum, nolite loqui aduerſus
Deum iniquitatem.

Quia neque ab Oriente, neque
ab Occidente, neque à deſertis
montibus.

Hunc humiliat, & hunc exal-
tat, quia calix in manu Domini
vini meri plenus mixto.

Et inclinauit ex hoc in hoc, ve-

runtamen fex eius non eſt exinanita; bibent omnes peccatores terræ.

36. Noli æmulari in malignantibus, neque zelaueris facientes iniquitatem.

Quoniam tanquã fœnum velociter areſcent, & quemadmodum olera herbarum citò decident.

49. Intelligite hęc, qui obliuiſcimini Deum, ne quando rapiat, & non ſit qui eripiat.

Gloria patri, & filio, & ſpiritui ſancto, &c.

ZELANTIS PRO DOmino aduerſus peccatores.

2. QVARE fremuerunt gentes, & populi meditati ſunt inania?

Aſtiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in vnum.

Aduerſus Dominum, & aduer-

ſus Chriſtum eius.

Diſrumpamus vincula eorum, & proijciamus à nobis iugum ipſorum.

Qui habitat in cælis irridebit eos, & Dominus ſubſannabit eos. *Ibid.*

Decidant à cogitationibus ſuis, ſecundum multitudinem impietatum eorum, expelle eos, quoniam irritauerunt te Dominè. 5.

Conuertantur peccatores in infernum omnes, omnes gentes quæ obliuiſcuntur Deum. 9.

Propter quid irritauit impius Deum, dixit enim in corde ſuo, non requiret? *Ibid.*

Vides quoniam tu laborem, & dolorem conſideras, vt tradas eos in manus tuas.

Contere brachium peccatores, & maligni, quæretur peccatum illius, & non inuenietur. *Ibid.*

Erubeſcant impij, & deducantur in infernum, muta fiant labia 30.

doloſa.

Quæ loquuntur aduerſus iuſtum iniquitatem, in ſuperbia, & in abuſione.

54. Veniat mors ſuper illos, & deſcendant in infernum viuentes.

Quoniam nequitiæ in habitaculis eorum, in medio eorum.

20. Inueniatur manus tua omnibus inimicis tuis, dextera tua inueniat omnes qui te oderunt.

Pones eos, vt clybanum ignis, in tempore vultus tui.

Dominus in ira ſua conturbabit eos, & deuorabit eos ignis.

Fructum eorum de terra perdes, & ſemen eorum à filijs hominum.

Quoniam declinauerunt in te mala, cogitauerunt in te conſilia, quæ non potuerunt ſtabilire.

Quoniam pones eos dorſum, in reliquijs tuis præparabis vultum eorum.

Exaltare, Domine, in virtute

tua, cantabimus & psallemus virtutes tuas.

Exurgat Deus, & dissipentur 67.
inimici eius, & fugiant qui oderunt eum à facie eius.

Sicut deficit fumus, deficiant: sicut fluit cera à facie ignis, sic pereant peccatores à facie Dei.

Zelus domus tuæ comedit me 68.
& opprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me.

Fiat mensa eorum coram ipsis *Ibid.*
in laqueum, & in retributiones & in scandalum.

Obscurentur oculi eorum, ne videant, & dorsum eorum semper incurua.

Effunde super eos iram tuam, & furor iræ tuæ comprehendat eos.

Appone iniquitatem super ini- *Ibid.*
quitatem eorum; & non intrent in iustitiam tuam.

Deleantur de libro viuentium, & cum iustis non scri-

bantur.

72. Mei autem pene moti ſunt pedes, pene effuſi ſunt greſſus mei.

Quia zelaui ſuper iniquos, pacem peccatorum videns.

Quia non eſt reſpectus morti eorum, & firmamentum in plaga eorum.

In labore hominum non ſunt, & cum hominibus non flagellabuntur.

Ideo tenuit eos ſuperbia, operti ſunt iniquitate, & impietate ſua.

Prodiit quaſi ex adipe iniqui tas eorum, tranſierunt in affectum cordis.

Cogitauerunt & loquuti ſunt nequitiam, iniquitatem in excelſo loquuti ſunt.

Poſuerunt in cœlum os ſuum, & lingua eorum tranſiuit in terra.

73. Leua manus tuas in ſuperbias

eorum in finem, quanta malignatus est inimicus in ſancto?

Et gloriati ſunt qui oderunt te in medio ſolemnitatis tuæ.

Vſquequo, Deus, improperabit inimicus? irritat aduerſarius nomen tuum in finem? *Ibid.*

Vt quid auertis manum tuam & dexteram tuam de medio ſinu tuo in finem?

Exurge, Deus, iudica cauſam tuam, memor eſto improperiorum, eorum quæ ab inſipiente ſunt tota die.

Ne obliuiſcaris voces inimicorum tuorum: ſuperbia eorum, qui te oderunt aſcendit ſemper.

Deus qui ſimilis tibi? ne taceas, neque compeſcaris, Deus. 82.

Quoniam ecce inimici tui ſonuerunt, & qui oderunt te extulerunt caput.

Deus meus, pone illos vt rotam, & ſicut ſtipulam ante fa- *Ibid.*

ciem venti.

Sicut ignis, qui comburit ſyluam, & ſicut flamma comburens montes.

Ita perſequeris illos in tempeſtate tua, & in ira tua turbabis eos.

Imple facies eorum ignominia, & quærent nomen tuum, Domine.

Erubeſcant & conturbentur in ſæculum ſæculi, & confundantur & pereant.

Et cognoſcant, quia nomen tibi Dominus, tu ſolus altiſſimus in omni terra.

93. Exaltare qui iudicas terram, redde retributionem ſuperbis.

Vſquequo peccatores, Domine, vſquequo peccatores gloriabuntur?

Effabuntur & loquentur iniquitatem? loquentur omnes qui operantur iniuſtitiam.

118 Defectio tenuit me, pro pec-

catoribus derelinquentibus legem tuam.

Tabeſcere me fecit zelus meus, quia obliti ſunt verba tua inimici mei. *Ibid.*

Vidi præuaricantes & tabeſcebam, quia eloquia tua non cuſtodierunt. *Ibid.*

Nonne qui oderunt te, Domine, oderam? & ſuper inimicos tuos tabeſcebam? 138.

Perfectio odio oderam illos, & inimci facti ſunt mihi.

Gloria patri, & filio, & ſpiritui ſancto, &c.

IMPIORVM MALItiam, ac peruerſitatem coarguentis.

DIxit inſipiens in corde ſuo, non eſt Deus. 13.

Corrupti ſunt, & abominabiles facti ſunt in ſtudiis ſuis.

Non eſt qui faciat bonum, non

eſt

ciem venti.

Sicut ignis, qui comburit ſyluam, & ſicut flamma comburens montes.

Ita perſequeris illos in tempeſtate tua, & in ira tua turbabis eos.

Imple facies eorum ignominia, & quærent nomen tuum, Domine.

Erubeſcant & conturbentur in ſæculum ſæculi, & confundantur & pereant.

Et cognoſcant, quia nomen tibi Dominus, tu ſolus altiſſimus in omni terra.

93. Exaltare qui iudicas terram, redde retributionem ſuperbis.

Vſquequo peccatores, Domine, vſquequo peccatores gloriabuntur?

Effabuntur & loquentur iniquitatem? loquentur omnes qui operantur iniuſtitiam.

118 Defectio tenuit me, pro pec-

catoribus derelinquentibus legem tuam.

Tabeſcere me fecit zelus meus, quia obliti ſunt verba tua inimici mei. Ibid

Vidi præuaricantes & tabeſcebam, quia eloquia tua non cuſtodierunt. Ibid

Nonne qui oderunt te, Domine, oderam? & ſuper inimicos tuos tabeſcebam? 138.

Perfectio odio oderam illos, & inimci facti ſunt mihi.

Gloria patri, & filio, & ſpiritui ſancto, &c.

IMPIORVM MALItiam, ac peruerſitatem coarguentis.

DIxit inſipiens in corde ſuo, non eſt Deus. 13.

Corrupti ſunt, & abominabiles facti ſunt in ſtudiis ſuis.

Non eſt qui faciat bonum, non

eſt vſque ad vnum.

Dominus de cœlo proſpexit ſuper filios hominum, vt videat ſi eſt intelligens, aut requirens Deum.

Omnes declinauerunt, ſimul inutiles facti ſunt, non eſt qui faciat bonum, non eſt vſque ad vnum.

Sepulchrum patens eſt guttur eorum, linguis ſuis dolosè agebant, venenum aſpidum ſub labijs eorum.

Quorum os maledictione & amaritudine plenum eſt, veloces pedes eorum ad effundendum ſanguinem.

Contritio & infœlicitas in vijs eorum, & viam pacis non cognouerunt, non eſt timor Dei ante oculos eorum.

Ibid. Dominum non inuoauerunt, illic trepidauerunt timore, vbi non erat timor.

35. Dixit iniuſtus, vt delinquat

in

in ſemetipſo, non eſt timor Dei ante oculos eius.

Quoniam doloſè egit in conſpectu eius, vt inueniatur iniquitas eius ad odium.

Verba oris eius iniquitas, & dolus noluit intelligere, vt bene ageret.

Iniquitatem meditatus eſt in cubili ſuo, aſtitit omni vię non bonæ, malitiam autem non odiuit.

Quoniam laudatur peccator in 9.
deſiderijs animæ ſuæ, & iniquus benedicitur.

Exacerbauit Dominum, peccator ſecũdum multitudinem iræ ſuæ non quæret.

Non eſt, Deus, in conſpectu eius, inquinatæ ſunt viæ eius in omni tempore.

Auferuntur iudicia tua à facie eius, omnium inimicorum ſuorum dominabitur.

Dixit enim in corde ſuo, non mouebor à generatione in genera-

tionem

tionem ſine malo.

Cuius maledictione os plenum eſt, & amaritudine, & dolo, ſub lingua eius labor & dolor.

Sedet in inſidijs cum diuitibus in occultis, vt interficiat innocentem.

Oculi eius in pauperem reſpiciunt, inſidiatur in abſcondito quaſi leo in ſpelunca ſua.

Inſidiatur, vt rapiat pauperem, rapere pauperem dum attrahit eum.

In laqueo ſuo humiliabit eum, inclinabit ſe, & cadet cùm dominatus fuerit pauperum.

Dixit enim in corde ſuo, oblitus eſt Deus, auertit faciem ſuam, ne videat in finem.

54. Moliti ſunt ſermones eius ſuper
oleum, & ipſi ſunt iacula.

56. Filij hominum, dentes eorum,
arma & ſagitta, & lingua eorum gladius acutus.

57. Etenim in corde iniquitates

opera

operamini in terra iniuſtitias manus veſtræ concinnant.

Alienati ſunt peccatores à vulua, errauerunt ab vtero, locuti ſunt falſa.

Furor illis ſecundum ſimilitudinem ſerpentis, ſicut aſpidis ſurdæ, & obturantis aures ſuas.

Quæ non audiet vocem incantantium, & venefici incantantis ſapienter.

Saluum me fac, Deus, quoniam defecit ſanctus, quoniam diminutæ ſunt veritates à filijs hominum. 11.

Vana loquuti ſunt vnuſquiſque ad proximum ſuum, labia doloſa in corde, & corde locuti ſunt.

Qui cogitauerunt iniquitates in corde, tota die conſtituebant prælia. 139.

Acuerunt linguas ſuas ſicut ſerpentes, venenum aſpidum ſub labijs eorum.

gnitatem, iniquitaté magis quàm loqui æquitatem.

Dilexisti omnia verba præcipitationis, lingua dolosa.

Propterea Deus destruet te, in finem, euellet te, & emigrabit te de tabernaculo tuo, & radicem tuam de terra viuentium.

Videbunt iusti, & timebunt, & super eam ridebunt, & dicent, ecce homo, qui non posuit Deum adiutorem suum.

Sed sperauit in multitudine diuitiarum suarum, & præualuit in vanitate sua.

Peccatori autem dixit Deus, 49.
quare tu enarras iustitias meas,
& assumis testamétum meum per
os tuum?

Tu verò odisti disciplinam, & proiecisti sermones meos retrorsum.

Si videbas furem, currebas cum eo, & cum adulteris portionem tuam ponebas.

vestimentum, & intrauit sicut aqua in interiora eius, & sicut oleum in ossibus eius.

Fiat ei, sicut vestimentum, quo operitur, & sicut zona qua semper præcingitur.

Obseruabit peccator iustum, 36.
& stridebit super eum dentibus suis.

Dominus autem irridebit eum, quoniam prospicit quòd veniet dies eius.

Gladium euaginauerunt peccatores, intenderunt arcum suum.

Vt deijciant pauperem, & inopem, vt trucident rectos corde.

Gladius eorum intret in corda ipsorum, & arcus eorum confringatur.

Accedet homo ad cor altum, 63
& exaltabitur Deus, sagittæ paruulorum factæ sunt plagæ eorum.

Infixæ sunt gentes in interitu, 9.
quem fecerunt, in laqueo isto,

quem

quem abſconderunt, comprehenſus eſt pes eorum.

Cognoſcetur Dominus, iudicia faciens, in operibus manuum ſuarum cōprehenſus eſt peccator.

52. Dominus diſſipauit oſſa eorũ,
qui hominibus placent, confuſi ſunt, quoniam Deus ſpreuit eos.

11. Diſperdat Dominus vniuerſa
labia doloſa, & linguam magniloquam.

Qui dixerũt, linguam noſtram magnificabimus, labia noſtra à nobis ſunt, quis noſter Dominus eſt?

57. Deus conteret dentes eorum
in ore ipſorum, molas leonum confringet Dominus.

Ad nihilum deueniẽt tanquam aqua decurrens, intendit arcum ſuum donec infirmentur.

Sicut cera, quæ fluit, auferentur, ſupercecidit ignis, & non viderunt ſolem.

93. Et reddet illis iniquitatem ipſo-

rum, & in malitia eorum disperdet eos, disperdet illos Dominus Deus noster.

Qui loquũtur pacem cum proximo suo, mala autem in cordibus eorum. 27.

Da illis secundum opera eorum, & secundum nequitiam adinuentionum ipsorum.

Secundum opera manuum eorum tribue illis, redde retributionem eorum ipsis.

Quoniam non intellexerunt opera Domini, & in opera manuũ eius destrues illos, & non ædificabis eos.

Cùm exorti fuerint peccatores sicut fœnum, & apparuerint omnes qui operãtur iniquitatem. 91.

Vt intereant in sæculum sæculi, tu autem altissimus in æternum, Domine.

Quoniam ecce inimici tui, Domine, quoniam ecce inimici tui peribunt, & dispergentur omnes

qui

num & dolosi non dimidiabunt dies suos.

Veruntamen propter dolos posuisti eis, deiecisti eos dum alleuarentur. 72.

Quomodo facti sunt in dissolutionem? subitò defecerunt, perierunt propter iniquitatem suam.

Velut somnium surgentium, Domine, in ciuitate tua imaginem ipsorum ad nihilum rediges.

Quia ecce qui elongant se à te peribunt: perdidisti omnes qui fornicantur abs te. Ibid.

Gloria patri, & filio, & spiritui sancto, &c.

Humanam miseriam, ac vanitatem deplorantis.

DOMINE, quid est homo, quia innotuisti ei? aut filius hominis quia reputas eum? 143.

Homo vanitati similis factus

est, dies eius sicut vmbra prætereunt.

02. Homo sicut fœnum dies eius, tanquam flos agri sic efflorebit.

Quoniam spiritus pertransibit in illo, & non subsistet, & non cognoscet amplius locum suum.

88. Quis est homo qui viuet, & non videbit mortem? eruet animam suam de manu inferi?

81. Ego dixi, dij estis, & filij excelsi omnes.

Vos autem sicut homines moriemini, & sicut vnus de principibus cadetis.

Nolite confidere in principi-
45. bus, in filijs hominum in quibus non est salus.

38 Exibit spiritus eius & reuertetur in terram suam, in illa die peribunt omnes cogitationes eorum.

Ecce mēsurabiles posuisti dies meos, & substantia mea tanquam nihilum ante te.

Veruntamen vniuersa vanitas

omnis homo viuens.

Veruntamē in imagine pertrāſit homo, ſed & fruſtra conturbatur.

Thezaurizat & ignorat cui congregabit ea.

Ne auertas, hominem in humi- 89.
litatem, & dixiſti conuertimini filij hominum.

Quoniam mille anni ante oculos tuos, tanquam dies heſterna quæ præterijt.

Et cuſtodia in nocte, quæ pro nihilo habentur eorū anni erunt.

Mane ſicut herba tranſeat, mane floreat & tranſeat, veſpere decidat, induret & areſcat.

Anni noſtri ſicut aranea medi- Ibid.
tabuntur, dies annorum noſtrorum in ipſis ſeptuaginta anni.

Si autem in potentatibus octoginta anni: & amplius eorum labor & dolor.

Filij hominum vſquequo graui 4.
corde? vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium?

115. Ego dixi in excessu meo, omnis homo mendax.

61. Veruntamen vani filij hominum, mendaces filij hominum in stateris, vt decipiant ipsi de vanitate in idipsum.

75. Dormierunt somnum suum, & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus suis.

48. Qui confidunt in virtute sua, & in multitudine diuitiarum suarum gloriantur.

Ibid. Et relinquent alienis diuitias suas, & sepulchra eorum, domus illorum in æternum.

Tabernacula eorum in progenie & progenie, vocauerunt nomina sua in terris suis.

Ibid. Hæc via illorum scandalum ipsis, & postea in die suo complacebunt.

Sicut oues in inferno positi sunt, mors depascet eos.

Et dominabuntur eorum iusti in matutino, & auxilium eorum ve-

teralcet in inferno à gloria eorum.

Ne timueris cùm diues factus fuerit homo, & cùm multiplicata fuerit gloria domus eius. *Ibid.*

Quoniam cùm interierit non ſumet omnia, neque deſcendet cum eo gloria eius.

Introibit vſque in progenies patrum ſuorum, & vſque in æternum non videbit lumen. *Ibid.*

Homo cùm in honore eſſet non intellexit, comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis.

Gloria patri, & filio, & ſpiritui ſancto, &c.

Totam Chriſti Seruatoris, ac legis gratiæ œconomiam.

Chriſti diuinitas & generatio æterna.

DOMINVS dixit ad me, filius 2.
meus es tu, ego hodie ge-

nui te.

109. Tecum principium, in die
virtutis tuæ, in ſplendoribus ſan-
ctorum, ex vtero ante luciferum
genui te.

Stipulatio Patris in incarnatione.

2. Poſtula à me, & dabo tibi gen-
tes hæreditatem tuam, & poſſeſ-
ſionem tuam terminos terræ.

Reges eos in virga ferrea, &
tanquam vas figuli confringes
eos.

Reſtipulatio Filij.

19. Sacrificium & oblationem no-
luiſti, aures autem perfeciſti mi-
hi.

Holocauſtum, & pro peccato
non poſtulaſti: tunc dixi, ecce ve-
nio.

In capite libri ſcriptum eſt de
me vt facerem voluntatem tuam
Deus meus volui, & legem tuam
in medio cordis mei.

Promiſſiones.

131. Iurauit Dominus Dauid veri-

tatem,

tatem, & non frustrabitur eum, de fructu ventris tui ponam super sedem tuam.

Disposui testamentum electis 88.
meis, iuraui Dauid seruo meo, vsque in æternum præparabo semen tuum.

Et ædificabo in generatione & generationem sedem tuam.

Si custodierint filij tui testa- 131.
mentum meum, & testimonia mea, hæc quæ docebo eos.

Et filij eorum vsque in sæculum sedebunt super sedem tuam.

Quoniã elegit Dominus Sion, elegit eam in habitationem sibi.

Hæc requies mea in sæculum sæculi, hîc habitabo quoniam elegi eam.

Viduam eius benedicens benedicam, pauperes eius saturabo panibus.

Sacerdotes eius induam salutari, & sancti eius exultatione exultabunt.

Illuc producam cornu Dauid, paraui lucernam Chriſto meo.

Inimicos eius induam confuſione: ſuper ipſum autem efflorebit ſanctificatio mea.

88. Ipſe inuocabit me, Pater meus es tu, Deus meus, & ſuſceptor ſalutis meæ.

Et ego primogenitum ponam illum, excelſum præ regibus terræ.

In æternum ſeruabo illi miſericordiam meam,& teſtamentum meum fidele ipſi.

Et ponam in ſæculum ſæculi ſemen eius, & thronum eius ſicut dies cœli.

bid. Semel iuraui in ſancto meo, ſi Dauid mentiar? ſemen eius in æternum manebit.

Et thronus eius ſicut ſol in conſpectu meo, & ſicut luna perfecta in æternum,& teſtis in cœlo fidelis.

Def

Incarnatio, eiusque fructus.

Deſcendet ſicut pluuia in vellus, & ſicut ſtillicidia ſtillantia ſuper terram. *Ibid.*

Orietur in diebus eius iuſtitia, & abundantia pacis donec auferatur luna.

Et dominabitur à mari vſque ad mare, & à flumine vſque ad terminos orbis terrarum.

Suſcipiant montes pacem populo, & colles iuſtitiam. *Ibid.*

Iudicabit pauperes populi, & ſaluos faciet filios pauperum.

Quia liberabit pauperem à potente, & pauperem cui non erat adiutor.

Parcet pauperi & inopi, & animas pauperum ſaluas faciet.

Ex vſuris & iniquitate redimet animas eorum, & honorabile nomen eorum coram illo.

Et erit firmamentum in terra, in ſummis montium, ſuperextolletur ſuper Libanum fructus eius, *Ibid.*

& florebunt de ciuitate ſicut fœnum terræ.

Natiuitas & prærogatiuæ ſingulares.

86. Nunquid Sion dicet, homo, & homo natus eſt in ea, & ipſe fundauit eam altiſſimus?

44. Specioſus forma præ filijs hominum, diffuſa eſt gratia in labijs tuis, propterea benedixit te Deus in æternum.

Accingere gladio tuo ſuper femur tuum potentiſſime.

Specie tua, & pulchritudine tua, intende proſperè, procede, & regna.

Propter veritatem & manſuetudinem & iuſtitiam, & deducet te mirabiliter dextera tua.

Sagittæ tuæ acutæ, populi ſub te cadent in corda inimicorum regis.

Sedes tuæ, Deus, in ſæculum ſæculi, virga directionis, virga Regni tui.

Dilexiſti iuſtitiam, & odiſti ini-

quitatē, propterea vnxit te, Deus, Deus tuus oleo lætitiæ, præ consortibus tuis.

Myrrha, & gutta, & cassia, à vestimentis tuis, à domibus eburneis, ex quibus delectauerunt te filiæ regum in honore tuo.

Nomen IESV.

Sit nomen eius benedictum in sæcula, ante solem permanet nomen eius. 71.

Et benedicentur in ipso omnes tribus terræ, omnes gentes magnificabunt eum.

Adoratio Magorum.

Coram illo procident Æthiopes, & inimici eius terram lingent. *Ibid.*

Reges Tharsis & Insulæ munera offerent, Reges Arabum, & Saba dona adducent.

Et adorabunt eum omnes reges terræ, omnes gentes seruient ei.

Et viuet, & dabitur ei de auro *Ibid.*

Arabiæ, & adorabunt de ipſo ſemper, tota die benedicent ei.

Prædicatio in parabolis.

77. Attendite, popule meus, legem meam, inclinate aurem veſtram in verba oris mei.

Aperiam in parabolis os meũ, loquar propoſitiones ab initio.

48. Os meum loquetur ſapiẽtiam, & meditatio cordis mei prudentiam.

Inclinabo in parabolam aurem meam, aperiam in pſalterio propoſitionem meam.

Paupertas & labores.

87 Pauper ſum ego, & in laboribus à iuuentute mea, exaltatus autem humiliatus ſum, & conturbatus.

Variæ in vita contumeliæ.

68. Quoniam propter te ſuſtinui opprobrium, operuit confuſio faciem meam.

Extraneus factus ſum fratribus meis, & peregrinus filijs matris

meæ.

meæ.

Zelus.

Zelus domus tuæ comedit me, & opprobria exprobrantium tibi ceciderunt ſuper me. 68.

Aduerſum me loquebantur qui ſedebant in porta, & in me pſallebant qui bibebant vinum. *Ibid.*

Contradictiones.

Cum his qui oderant pacem eram pacificus, cùm loquebar illis impugnabant me gratis. 119.

Odia.

Locuti ſunt aduerſum me lingua doloſa, & ſermonibus odij circundederunt me. 108

Pro eo vt me diligerent detrahebant mihi, ego autem orabam.

Et poſuerunt aduerſum me mala pro bonis, & odium pro dilectione mea.

Conſpiratio in necem ipſius.

Circundederũt me canes multi, concilium malignantium obſedit me. 21

Ini

40. Inimici mei dixerunt mala mihi: quando morietur & peribit nomen eius.

30. In eo dum conuenirent ſimul aduerſum me, accipere animam meam conciliati ſunt.

S. Euchariſtiæ Inſtitutio.

110. Memoriam fecit mirabilium ſuorum, miſericors & miſerator Dominus, eſcam dedit timentibus ſe.

22. Paraſti in conſpectu meo menſam aduerſus eos qui tribulant me.

Impinguaſti in oleo caput meum, & calix meus inebrians quàm præclarus eſt?

Oratio in horto.

21. Deus meus, clamabo per diem, & non exaudies, & nocte, & non ad inſipientiam mihi.

Erue à framea, Deus, animam

Ibid. meam, & de manu canis vnicam meam.

Salua me ex ore leonis, & à

cornibus vnicornium humilita-
tem meam.

Agonia.

Cor meum conturbatum eſt in
me, & formido mortis cecidit ſu- 54.
per me.

Timor & tremor venerunt ſu-
per me, & contexerunt me te-
nebræ.

Sudor ſanguineus.

Sicut aqua effuſus ſum, & diſ- 21.
perſa ſunt omnia oſſa mea.

Factum eſt cor meum, tan-
quam cera liqueſcens in medio
ventris mei.

Proditio.

Etenim homo pacis meæ, in 40.
quo ſperaui, qui edebat panes
meos magnificauit ſuper me ſup-
plantationem.

Quoniam ſi inimicus meus ma- 54.
ledixiſſet mihi, ſuſtinuiſsē vtique.

Et ſi is qui oderat me, ſuper me
magna locutus fuiſſet, abſcondiſ-
ſem me forſitan ab eo.

Tu verò homo vnanimis, dux meus, & notus meus, qui ſimul mecum dulces capiebas cibos.

Suſpenſio.

34. Veniat illi laqueus, quem ignorat, & captio quam abſcondit, apprehendat eum, & in laqueum cadat in ipſum.

108. Conſtitue ſuper eum peccatorem, & diabolus ſtet à dextris eius.

Cum iudicatur exeat condemnatus, & oratio eius fiat in peccatum.

Electio Matthiæ in eius locum.

Fiant dies eius pauci, & Epiſcopatum eius accipiat alter.

Ibid. Pro eo quod non eſt recordatus facere miſericordiam.

Et perſecutus eſt hominem inopem & mendicum, & compunctum corde mortificare.

Et dilexit maledictionem, & veniet ei, & noluit benedictionem & elongabitur ab eo.

Et

Et induit maledictionem ſicut veſtimentum, & intrauit ſicut aqua in interiora eius, & ſicut oleum in oſſibus eius.

Fiat ei ſicut veſtimentum quo operitur, & ſicut zona, qua ſemper præcingitur.

Chriſti comprehenſio.

Quia ecce cœperunt animam 58.
meam, irruerunt in me fortes.

Circundederunt me vituli 21.
multi, tauri pingues obſederunt me.

Aperuerunt ſuper me os ſuum, ſicut leo rapiens & rugiens.

Inimici mei animam meam cir- 16.
cundederunt, adipem ſuum concluſerunt, os eorum locutum eſt ſuperbiam.

Proijcientes me nunc circundederunt me, oculos ſuos ſtatuerunt declinare in terram.

Suſceperunt me ſicut leo paratus ad prædam, & ſicut catulus leonis habitans in abditis.

Tra

87. Traditus ſum, & non egrediebar, oculi mei languerunt præ inopia.

Fuga diſcipulorum.

Elongaſti à me amicum, & proximum, & notos meos à miſeria.

30. Qui videbant me foras fugerunt à me, obliuioni datus ſum tanquam mortuus à corde.

41. Conſiderabam ad dexteram, & videbam, & non erat qui cognoſceret me.

Perijt fuga à me, & non eſt qui requirat animam meam.

30. Super omnes inimicos meos factus ſum opprobrium vicinis meis valde, & timor notis meis.

Accuſationes & falſa teſtimonia.

26. Ne tradideris me in animas tribulantium me, quoniam inſurrexerunt in me teſtes iniqui, & mentita eſt iniquitas ſibi.

34. Surgentes teſtes iniqui, quæ ignorabam interrogabant me.

Retribuebant mihi mala pro

bonis, ſterilitatem animæ meæ.

Et qui inquirebant mala mihi locuti ſunt vanitates, & dolos tota die meditabantur.

Patientia Christi & ſilentium in contumelijs.

Ego autem tanquam ſurdus 37
non audiebam, & ſicut mutus non aperiens os ſuum.

Et factus ſum ſicut homo non audiens, & non habens in ore ſuo redargutiones.

Poſui ori meo cuſtodiam, cum 38
cõſiſteret peccator aduerſum me.

Obmutui, & humiliatus ſum, & ſilui à bonis, & dolor meus renouatus eſt.

Pretium proditoris redditum.

Veruntamen pretium meum 61
cogitauerunt repellere, cucurri in ſiti, ore ſuo benedicebant, & corde ſuo maledicebant.

Flagellatio.

Et aduerſum me lætati ſunt, 34
& conuenerunt, congregata ſunt

ſuper me flagella, & ignoraui.

Et fui flagellatus tota die, & caſtigatio mea in matutinis.

Supra dorſum meum fabricauerunt peccatores, prolongauerunt iniquitatem ſuam.

Quoniam quem tu percuſſiſti, perſecuti ſunt, & ſuper dolorem vulnerum meorum addiderunt.

Confortati ſunt, qui perſecuti ſunt me inimici mei iniuſtè, quæ non rapui tunc exoluebam.

Sputa & alia probra.

Tota die verecundia mea contra me eſt, & confuſio faciei meæ cooperuit me.

A voce exprobrantis & obloquentis, à facie inimici & perſequentis.

Diſſipati ſunt, nec compuncti, tentauerunt me, ſubſannauerunt me ſubſannatione, frenduerunt ſuper me dentibus ſuis.

Et dilatauerunt ſuper me os

ſuum, dixerunt euge euge, viderunt oculi noſtri.

Tu ſcis improperium meum, & confuſionem meam, & reuerentiam meam. 68.

In conſpectu tuo ſunt omnes qui tribulant me, improperium expectauit cor meum, & miſeriam.

Et ſuſtinui, qui ſimul contriſtaretur, & non fuit, & qui conſolaretur, & non inueni.

Crucifixio.

Foderunt manus meas, & pedes meos, dinumerauerunt omnia oſſa mea. 21.

Ipſi verò conſiderauerunt, & inſpexerunt me, diuiſerunt ſibi veſtimenta mea, & ſuper veſtem meam miſerunt ſortem.

Deriſiones in Cruce.

Omnes videntes me deriſerunt me, locuti ſunt labijs, & mouerunt caput. Ibid

Sperauit in Domino eripiat

eum,

eum, ſaluum faciat eum, quoniam vult eum.

108. Et ego factus ſum opprobrium illis, viderunt, & mouerunt capita ſua.

Sitis & potatio fellea.

21. Aruit tanquam teſta virtus mea, & lingua mea adhæſit faucibus meis, & in puluerem mortis deduxiſti me.

68. Et dederunt in eſcam meam fel, & in ſiti mea potauerunt me aceto.

Derelictio.

21. Deus, Deus meus, reſpice in me, quare me dereliquiſti, longè à ſalute mea verba delictorum meorum.

37. Cor meum conturbatum eſt, dereliquit me virtus mea, & lumen oculorum meorum, & ipſum non eſt mecum.

Stabant à longè.

37. Amici mei & proximi mei aduerſum me appropinquauerunt, & ſteterunt.

Et

Et qui iuxta me erant de longe steterunt, & vim faciebant qui quærebant animam meam.

Mors.

Circundederunt me dolores mortis, & torrentes iniquitatis conturbauerunt me. 17.

Dolores inferni circundederunt me, præoccupauerunt me laquei mortis.

Quia repleta est malis anima mea, & vita mea inferno appropinquauit. 87.

In manus tuas commendo spiritum meum, redemisti me Domine Deus veritatis. 30.

Descensus ad inferos.

Æstimatus sum cum descendentibus in lacum, factus sum sicut homo sine adiutorio inter mortuos liber. 87.

Posuerunt me in lacu inferiori, in tenebrosis & in vmbra mortis. Ibid.

Verbum iniquum constituerunt 40.

aduer

aduersum me, nunquid qui docuit non adiiciet vt resurgat?

Tu autem Domine miserere mei, & resuscita me, & retribuam eis.

15. Propter hoc lætatum est cor meum, & exultauit lingua mea, insuper & caro mea requiescet in spe.

Quoniam non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem.

Resurrectio.

56. Exurge, gloria mea, exurge, psalterium & cythara, exurgam diluculo.

3. Ego dormiui & soporatus sum, & exsurrexi, quia Dominus suscepit me.

Ascensus in cœlum.

131. Surge, Domine, in requiem tuam, tu & arca sanctificationis tuæ.

Currus Dei decem millibus

mul

multiplex, millia lætantium, Dominus in eis in Sinaï in ſancto.

Aſcendiſti in altum, cœpiſti captiuitatem, accepiſti dona in hominibus.

Regna terræ cantate Deo, pſallite Domino, pſallite Deo qui aſcendit ſuper cælum cœli ad Orientem. *Ibid.*

Aſcendit Deus in Iubilo, & Dominus in voce tubæ. 46.

Cantate Deo pſalmum, dicite nomini eius, iter facite ei, qui aſcendit ſuper occaſum, Dominus nomen illi. 67.

Liberatio Patrum.

Qui educit vinctos in fortitudine, ſimiliter eos qui exaſperant, qui habitant in ſepulchris. *Ibid.*

Ingreſſus in cœlum.

Attollite portas, principes, veſtras, & eleuamini portæ æternales, & introibit rex gloriæ. 23.

Quis eſt iſte rex gloriæ? Dominus fortis & potens, Dominus

potens in prælio.

Attollite portas, principes ve-ſtras, & introibit rex gloriæ.

Quis eſt iſte rex gloriæ? Dominus virtutum, ipſe eſt rex gloriæ.

Induemini virtute ex alto.

67. Ecce dabit voci ſuæ vocem virtutis, date gloriam Deo ſuper Iſraël, magnificentia eius, & virtus eius in nubibus.

Mirabilis Deus in ſanctis ſuis, Deus Iſraël ipſe dabit virtutem & fortitudiné plebis ſuæ benedictus Deus.

Seßio ad dexteram Patris.

102. Dixit Dominus Domino meo, ſede à dextris meis.

Donec ponam inimicos tuos, ſcabellum pedum tuorum.

Regia Christi poteſtas.

Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion, dominare in medio inimicorum tuorum.

Sacerdotalis.

Ibid. Iurauit Dominus, & non pœ

nite

nitebit eum, tu es Sacerdos in æternum secúdum ordinem Mel chisedech.

Iudiciaria.

Dominus à dextris tuis, confregit in die iræ suæ reges.

Iudicabit in nationibus, implebit ruinas, conquassabit capita in terra multorum.

Exaltatio de humiliatione.

De torrente in via bibit, propterea exaltabit caput.

In sole posuit tabernaculum 18.
suum, & ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo.

Exultauit vt gigas ad currendam viam, à summo cœlo egressio eius.

Et occursus eius vsque ad summum eius, nec est qui se abscon dat à calore eius.

Mißio spiritus sancti.

Deus cùm egredereris in con- 67.
spectu populi tui, cùm pertransires in deserto.

Terra mota eſt: etenim cœli diſtillauerunt à facie Dei Sinaï, à facie Dei Iſraël.

Pluuiam voluntariam ſegregabis Deus hæreditati tuæ: & infirmata eſt: tu verò perfeciſti eam.

103. Emittes ſpiritum tuum, & creabuntur, & renouabis faciem terræ.

Donum linguarum.

67. Dominus dabit verbum euangelizantibus virtute multa.

18. Non ſunt loquelæ, neque ſermones, quorum non audiantur voces eorum.

Promulgatio Euangelij.

In omnem terram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum.

63. Annunciauerunt opera Dei, & facta eius intellexerunt.

Aſſumptio & glorificatio B. Mariæ.

44. Aſtitit regina à dextris tuis in veſtitu deaurato, circundata varietate.

Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam, & obliuiſcere populum tuum, & domum patris tui.

Et concupiſcet rex decorem tuum: quoniam ipſe & Dominus Deus tuus, & adorabunt eum.

Cultus eius, & imitatio.

Et filiæ Tyri in muneribus, vultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis.

Adducentur regi virgines, poſt eam proximæ eius afferentur tibi.

Afferentur in lætitia & exultatione, adducentur in templum Regis.

Succeſſio Apoſtolorum continua.

Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij, conſtitues eos principes ſuper omnem terram.

Memores erunt nominis tui, omni in generatione & generationem.

Propterea populi confitebuntur tibi in æternum, & in sæculum sæculi.

Abrogatio synagogæ & cæremoniarum legalium.

49. Audi populus meus, & loquar, Israël, & testificabor tibi, Deus, Deus tuus, ego sum.

Non in sacrificiis tuis arguam te, holocausta autem tua in conspectu meo sunt semper.

Non accipiam de domo tua vitulos, neque de gregibus tuis hircos.

Quoniam meæ sunt omnes feræ syluarum, iumenta in montibus, & boues.

Cognoui omnia volatilia cæli, & pulchritudo agri mecum est.

Si esuriero non dicam tibi, meus est enim orbis terrarum, & plenitudo eius.

Nunquid manducabo carnes taurorum? aut sanguinem hircorum potabo?

Immola Deo sacrificium laudis, & redde altissimo vota tua.

Ecclesiæ catholicæ ortus & propagatio.

Apud te laus mea in Ecclesia
magna, vota mea reddam in con- 21.
spectu timentium eum.

Edent pauperes & saturabuntur, & laudabunt Dominum qui requirunt eum: viuent corda eorum in sæculum sæculi.

Conuersio gentium.

Reminiscentur, & conuertentur ad Dominum vniuersi fines terræ.

Et adorabunt in conspectu eius vniuersæ familiæ gentium.

Vsus Eucharistiæ & aliorum sacrorum.

Manducauerunt & adorauerunt omnes pingues terræ, in conspectu eius cadent omnes qui descendunt in terram.

Et anima mea illi viuet, & semen meum seruiet ipsi.

Annunciabitur Domino gene-

ratio ventura, & annunciabunt cæli iuſtitiam eius, populo qui naſcetur, quem fecit Dominus.

Iudicium finale, eiúſque apparatus.

49. Deus Deorum Dominus loquutus eſt, vocauit terram.

A ſolis ortu vſque ad occaſum ex Sion ſpecies decoris eius.

Deus manifeſtè veniet, Deus noſter, & non ſilebit.

Ignis in conſpectu eius exardeſcet, & in circuitu eius tempeſtas valida.

Aduocabit cælum de ſurſum, & terram diſcernere populum ſuum.

Congregate illi ſanctos eius, qui ordinant teſtamentum eius ſuper ſacrificia.

Et annunciabunt cœli iuſtitiam eius, quoniam Deus iudex eſt.

149. Quia beneplacitum eſt Domino in populo ſuo, & exaltabit

mansuetos in salutem.

Sanctorum gloria.

Exultabunt sancti in gloria, lætabuntur in cubilibus suis.

Exultationes Dei in gutture eorum, & gladij ancipites in manibus eorum.

Potestas Iudiciaria.

Ad faciendam vindictam in nationibus, increpationes in populis.

Ad alligandos reges eorum in compedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis.

Vt faciant in eis iudicium conscriptum: gloria hæc est omnibus sanctis eius.

Impiorum supplicia.


Dominus interrogat iustum & impium, qui autem diligit iniquitatem, odit animam suam. 10.

Pluet super peccatores laqueos, ignis & sulfur, & spiritus procellarum pars calicis eorum.

Quoniam iustus Dominus, & iustitiam dilexit, æquitatem vidit vultus eius.

Gloria patri, & filio, & spiritui sancto. Sicut erat in principio & nunc & semper, & in sæcula sæculorum, Amen.

FINIS.





Index Capitum.

Pro

aduerſum me, nunquid qui docuit non adiiciet vt reſurgat?

Tu autem Domine miſerere mei, & reſuſcita me, & retribuam eis.

15. Propter hoc lætatum eſt cor meum, & exultauit lingua mea, inſuper & caro mea requieſcet in ſpe.

Quoniam non derelinques animam meam in inferno, nec dabis ſanctum tuum videre corruptionem.

Reſurrectio.

56. Exurge, gloria mea, exurge, pſalterium & cythara, exurgam diluculo.

3. Ego dormiui & ſoporatus ſum; & exſurrexi, quia Dominus ſuſcepit me.

Aſcenſus in cælum.

131. Surge, Domine, in requiem tuam, tu & arca ſanctificationis tuæ.

Currus Dei decem millibus

multiplex, millia lætantium, Dominus in eis in Sinaï in sancto.

Ascendisti in altum, cœpisti captiuitatem, accepisti dona in hominibus.

Regna terræ cantate Deo, psallite Domino, psallite Deo qui ascendit super cælum cœli ad Orientem. *Ibid.*

Ascendit Deus in Iubilo, & Dominus in voce tubæ. 46.

Cantate Deo psalmum, dicite nomini eius, iter facite ei, qui ascendit super occasum, Dominus nomen illi. 67.

Liberatio Patrum.

Qui educit vinctos in fortitudine, similiter eos qui exasperant, qui habitant in sepulchris. *Ibid.*

Ingressus in cœlum.

Attollite portas, principes, vestras, & eleuamini portæ æternales, & introibit rex gloriæ. 23.

Quis est iste rex gloriæ? Dominus fortis & potens, Dominus

potens in prælio.

Attollite portas, principes vestras, & introibit rex gloriæ.

Quis est iste rex gloriæ? Dominus virtutum, ipse est rex gloriæ.

Induemini virtute ex alto.

67. Ecce dabit voci suæ vocem virtutis, date gloriam Deo super Israël, magnificentia eius, & virtus eius in nubibus.

Mirabilis Deus in sanctis suis, Deus Israël ipse dabit virtutem & fortitudinē plebis suæ benedictus Deus.

Sessio ad dexteram Patris.

102. Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis.

Donec ponam inimicos tuos, scabellum pedum tuorum.

Regia Christi potestas.

Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion, dominare in medio inimicorum tuorum.

Sacerdotalis.

Ibid. Iurauit Dominus, & non pœ

nite

nitebit eum, tu es Sacerdos in æternum ſecúdum ordinem Melchiſedech.

Iudiciaria.

Dominus à dextris tuis, confregit in die iræ ſuæ reges.

Iudicabit in nationibus, implebit ruinas, conquaſſabit capita in terra multorum.

Exaltatio de humiliatione.

De torrente in via bibit, propterea exaltabit caput.

In ſole poſuit tabernaculum 18.
ſuum, & ipſe tanquam ſponſus procedens de thalamo ſuo.

Exultauit vt gigas ad currendam viam, à ſummo cœlo egreſſio eius.

Et occurſus eius vſque ad ſummum eius, nec eſt qui ſe abſcondat à calore eius.

Miſsio Spiritus ſancti.

Deus cùm egredereris in con- 67.
ſpectu populi tui, cùm pertranſires in deſerto.

Terra mota eſt: etenim cœli
diſtillauerunt à facie Dei Sinaï,
à facie Dei Iſraël.

Pluuiam voluntariam ſegrega-
bis Deus hæreditati tuæ: & infir-
mata eſt: tu verò perfeciſti eam.

103. Emittes ſpiritum tuum, & crea-
buntur, & renouabis faciem
terræ.

Donum linguarum.

67. Dominus dabit verbum euan-
gelizantibus virtute multa.

18. Non ſunt loquelæ, neque ſer-
mones, quorum non audiantur
voces eorum.

Promulgatio Euangelij.

In omnem terram exiuit ſonus
eorum, & in fines orbis terræ ver-
ba eorum.

63. Annunciauerunt opera Dei, &
facta eius intellexerunt.

Aſſumptio & glorificatio B. Mariæ.

44. Aſtitit regina à dextris tuis in
veſtitu deaurato, circundata va-
rietate.

Au

Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam, & obliuiſcere populum tuum, & domum patris tui.

Et concupiſcet rex decorem tuum: quoniam ipſe & Dominus Deus tuus, & adorabunt eum.

Cultus eius, & imitatio.

Et filiæ Tyri in muneribus, vultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis.

Adducentur regi virgines, poſt eam proximæ eius afferentur tibi.

Afferentur in lætitia & exultatione, adducentur in templum Regis.

Succeßio Apoſtolorum continua.

Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij, conſtitues eos principes ſuper omnem terram.

Memores erunt nominis tui, omni in generatione & generationem.

Propterea populi confitebuntur tibi in æternum, & in sæculum sæculi.

Abrogatio synagogæ & cæremoniarum legalium.

49. Audi populus meus, & loquar, Israël, & testificabor tibi, Deus, Deus tuus, ego sum.

Non in sacrificiis tuis arguam te, holocausta autem tua in con spectu meo sunt semper.

Non accipiam de domo tua vitulos, neque de gregibus tuis hircos.

Quoniam meæ sunt omnes feræ syluarum, iumenta in mon tibus, & boues.

Cognoui omnia volatilia cæli, & pulchritudo agri mecum est.

Si esuriero non dicam tibi, meus est enim orbis terrarum, & plenitudo eius.

Nunquid manducabo carnes taurorum? aut sanguinem hircorum potabo?

Immola Deo sacrificium laudis, & redde altissimo vota tua.

Ecclesiæ catholicæ ortus & propagatio.

Apud te laus mea in Ecclesia magna, vota mea reddam in conspectu timentium eum.

Edent pauperes & saturabuntur, & laudabunt Dominum qui requirunt eum, viuent corda eorum in sæculum sæculi.

Conuersio gentium.

Reminiscentur, & conuertentur ad Dominum vniuersi fines terræ.

Et adorabunt in conspectu eius vniuersæ familiæ gentium.

Vsus Eucharistiæ & aliorum sacrorum.

Manducauerunt & adorauerunt omnes pingues terræ, in conspectu eius cadent omnes qui descendunt in terram.

Et anima mea illi viuet, & semen meum seruiet ipsi.

Annunciabitur Domino gene-

ratio ventura, & annunciabunt cæli iustitiam eius, populo qui nascetur, quem fecit Dominus.

Iudicium finale, eiúsque apparatus.

49. Deus Deorum Dominus loquutus est, vocauit terram.

A solis ortu vsque ad occasum ex Sion species decoris eius.

Deus manifestè veniet, Deus noster, & non silebit.

Ignis in conspectu eius exardescet, & in circuitu eius tempestas valida.

Aduocabit cælum de sursum, & terram discernere populum suum.

Congregate illi sanctos eius, qui ordinant testamentum eius super sacrificia.

Et annunciabunt cœli iustitiam eius, quoniam Deus iudex est.

149. Quia beneplacitum est Domino in populo suo, & exaltabit

man

mansuetos in salutem.

Sanctorum gloria.

Exultabunt sancti in gloria, lætabuntur in cubilibus suis.

Exultationes Dei in gutture eorum, & gladij ancipites in manibus eorum.

Potestas Iudiciaria.

Ad faciendam vindictam in nationibus, increpationes in populis.

Ad alligandos reges eorum in compedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis.

Vt faciant in eis iudicium conscriptum: gloria hæc est omnibus sanctis eius.

Impiorum supplicia.

Dominus interrogat iustum & 10.
impium, qui autem diligit iniquitatem, odit animam suam.

Pluet super peccatores laqueos, ignis & sulfur, & spiritus procellarum pars calicis eorum.

200



Index Capitum.

Pro

FINIS.

